QUAE RATIO INTERCEDAT INTER INDAGATORES FABULAM SOPHOCLEAM ET HYMNUM IN MERCURIUM QUI FERTUR HOMERICUS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

VNIVERSITATIS FRIDERICIAE GVILELMIAE RHENANAE

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

LUDOVICA KOETTGEN.

BONNENSIS.

PROMOTA A. D. IV KAL. DEC.

BONNAE
TYPIS EXPRESSIT THEODORUS WURM
MCMXIV.

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTVLIT

FRIDERICVS MARX.



PATRIS MEMORIAE

SACRUM.

Fortunae propitiae duas debemus fabulas satyricas, alteram integram, alteram magna ex parte nobis servatam, quarum argumenta in epicis quoque tradita sunt carminibus, Euripidis dico Cyclopem et Indagatores fabulam Sophocleam, cuius reliquias ex chartis Aegyptiacis in lucem nuper edidit Britannicus vir doctissimus Arturus Hunt. Ut autem Odysseae libro nono comparato cum fabula Euripidea [1] quadam cum certitudine diiudicari potest, quemadmodum epicum poeta tragicus sit secutus, quid qua de causa innovaverit, ita apud Sophoclem hae eaedem quaestiones solvendae tot tantasque, ut superari vix possint, nobis afferunt difficultates. Etenim eae tantum fabulae satyricae partes aetatem tulerunt, quibus satyrorum chorus carminis proprius scaenici et ab epico necessario alienus primas agit partes, et de hymni Homerici origine, compositione, integritate, unitate gravior quam de Cyclopio carmine inter viros doctos est controversia. Quo factum est, ut in commentationibus illis, quas de Indagatoribus Sophoclea Wilamowitzius et Robertus primi publici iuris fecerunt, prorsus contrarias

[1]) Cui rei operam navaverunt Kaibel, Kratinos Ὀδυσσῆς und Euripides Κύκλωψ H. XXX 1895 p. 74 sqq., W. Schmid, Kritisches und Exegetisches zu Euripides' Kyklops Ph. LV 1896 p. 46—61., Newcomer, De Cyclope Homerico atque Euripideo, Berlin 1899, Masqueray, Le Cyclope d' Euripide et celui d' Homère, Revue des études anciennes 1902 p. 165–190., Paul Zincke, Nachbildung der Homerischen Cyklopeia in Euripides Satyrdrama Cyklops, Programm Budweis 1905/6, F. Hahne, Zur aesthetischen Kritik des Euripideischen Kyklops Ph. LXVI 1907 p. 36 sqq., R. Marquart, Die Datierung des Euripideischen Kyklops, Leipzig 1912.

hac de re legeremus sententias. Wilamowitzius enim poetam non hymno Homerico, sed fabula quadam vulgari usum deum induxisse censuit vaccas surreptas in suum antrum condentem et ex illarum coriis lyram facientem p. 454: „Dabei kein Gedanke an Benutzung des Hymnus oder irgendeiner bestimmten Vorlage: die Geschichte war in ihren Grundzügen eben allbekannt. Ohne Frage ist darin das Ursprüngliche bewahrt, daß Hermes die Rinder in seine eigene Höhle bringt und etliche schlachtet, um ihre Häute irgendwie für seine Leier zu benutzen; der Hymnus hat so, wie er vorliegt, diesen Zusammenhang durch die Heranziehung der Höhle von Pylos zerstört. Aber wer da sagen wollte, daß Sophokles zu dieser Konstruktion durch den dramatischen Aufbau gezwungen wäre, könnte nicht direkt widerlegt werden." Contra Robertus, qui rationem quandam inter carmen epicum et fabulam satyricam intercedere vidit, poetam scaenicum ex hymno quidem hausisse locumque traditum permutasse, huius carminis autem priscam recensionem non nobis servatam esse putat H. 1912 p. 556 sqq:

„Im Hymnos erfindet Hermes die Leier vor dem Rinderraub. Die sich hieraus ergebenden Widersprüche habe ich aufzuweisen[2]) und daraus zu erklären gesucht, daß die Erfindung der Leier der ursprünglichen Fassung des Hymnos fremd gewesen und erst von einem späteren Überarbeiter aus einem selbständigen Gedicht, in dem Hermes als Jüngling auftrat, eingesetzt worden sei, ohne daß es ihm gelang, die so entstehenden Disharmonien völlig auszugleichen. Zu diesen Widersprüchen gehört auch, daß Hermes bei Verfertigung der Leier sich bereits im Besitz einer Rinderhaut befindet . . . . .

---

[2]) In ea disputatione, quae inscribitur „Der Homerische Hermeshymnos" H. XLI 1906 p. 389 sqq.

Wenn aber eine Rindshaut, so muß er auch Rinder oder wenigstens ein Rind besessen haben, und doch wird später als Motiv seines Raubzugs nach Pierien das Verlangen nach animalischer Kost angegeben: 64 (=287) κρειῶν ἐρατίζων und 130 κρεάων ἠράσσατο. Daher wird bei Apollodor III 9, 2, 3 die Reihenfolge umgekehrt, so daß Hermes bei Verfertigung der Leier die Haut der geschlachteten Apollo-Rinder verwenden kann . . . . . .

Genau so ist das zeitliche Verhältnis bei Sophokles, woraus noch nicht notwendig folgt, daß Apollodor diesen benutzt hat. Denn der Gedanke der Umkehrung liegt so nahe, daß jeder darauf verfallen konnte, ja eigentlich mußte. Bei Sophokles ist also die Vorgeschichte so gedacht, daß sich Hermes heimlich, von seiner Wärterin Kyllene unbemerkt, fortgeschlichen, die Herde Apollons geraubt und unter der Erde verborgen hat. Erst dann hat er die Schildkröte gefunden und die Leier angefertigt, und hierbei hat ihm Kyllene zugesehen . . . . p. 558: Streng genommen hätte sie selbst die Rinderhaut in den Händen des Kindes stutzig machen müssen; aber von einer Gebirgsnymphe wird nur ein Pedant das Mißtrauen und den Scharfsinn eines Detektivs verlangen.“

Itaque si Wilamowitzium audimus, duae illae narrationes de lyra inventa et de bubus abactis in hymno Homerico nobis traditae inde a primo initio in fabula quadam vulgari, quae pristinam mythi formam servavit Sophoclique fuit exemplo, inter se erant coniunctae, hymni autem poeta aliqua de causa a prisco et loco et ordine discessit; si Robertum, illae duobus primo comprehensae diversis carminibus ante Sophoclis tempora, sexto igitur fere a. Chr. n. saeculo, a compilatore quodam in unum illud corpus sunt confusae, ex quo poeta tragicus sumpsit sua, ita quidem, ut discrepantias illa ex confusione ortas — ex parte saltem — rerum ordine converso

sustulerit. Itane vero? Nullasne Sophoclis ordo secum adducit difficultates vel prae illis, quibus carmen laborat epicum, tam paucas levesque, ut de hymno interpolato et contaminato viri doctissimi sententiam quasi confirmet? Comparemus cum scaenico carmen epicum et certiora in utroque quaeramus indicia, quibus nisi, quantum potest, diiudicemus, uter poeta versibus suis ad antiquiorem nos adducat mythi formam et quibus singulis locis alter ex altero pendeat.

I. Uter poeta et locum et ordinem antiquitus traditum permutaverit.

De loco et ordine fabulae Sophocleae.

Apud Sophoclem Mercurius lyram ad faciendam Apollinis boum corio utitur[3]), sed cum corium non est sine bove, tum bos est caedenda, corium detrahendum. Ubinam hoc fecit deus? Nonne in sua spelunca, in quam Phoebi gregem abdiderat? Illam ipsam dico speluncam, ubi Cyllene infantem, simulatque natus est, diem noctemque quam diligentissime curabat matrique aegrotae assidebat; dicit enim ipsa col. XI 2 v. 265 sqq:

[κατὰ σπέ]ος δὲ παῖδ᾽ ἐφίτυσεν μόνον,[4])
[τοῦτον δὲ] χερσὶ ταῖς ἐμαῖς ἐγὼ τρέφω·
[μητρὸς γ]ὰρ ἰσχὺς ἐν νόσῳ χειμάζεται·
[κἄδεσμ]α[5]) καὶ ποτῆτα καὶ κοιμήματα
[πρὸς σπ]αργάνοις μένουσα λικνῖτιν τροφὴν
[ἐξευθ]ετίζω νύκτα καὶ καθ᾽ ἡμέραν.

---

[3]) col. XIV. 22 v. 364 sqq.

[4]) Adiectivum μόνον, quod Huntius ad σπέος rettulit: „a lonely cave", Stahl p. 307 et Terzaghi in sua interpretatione rectius cum παῖδα coniunxerunt: „filium unicum". Vollgraff p. 171 hoc paene ridiculum esse censuit, nam geminos Maiam peperisse vix quemquam exspectare; μόνον igitur in μόνη esse corrigendum et ad sequentia referendum: μόνη [τοῦτόν γε] χερσὶ ταῖς ἐμαῖς ἐγὼ τρέφω. Mihi versus Sophocleus, qui in charta est traditus, non

Itaque licet exierit puerulus nec Maia nec Cyllene conspiciente, qui fit, ut neutra eum cum toto grege redeuntem audiat, neutra eum vaccam vel vaccas caedentem videat? Cum lyrae fabricationem nutrix inspectaret, ex alienis vaccis una saltem mactata eam fugere vix potuit. Satyris autem in boves inquirentibus pertinaciter illa negat se de furto quicquam scire, quamquam simplexne nympha montana consulto eos decipere possit, est quod dubites. Robertus Mercurium et matrem et nutricem dolo delusisse contendit, quo in exitu fabulae palam facto spectatores essent delectati;[6]) sed qui deus impedire potuit, quominus Cyllene ex eo ipso loco in scaenam profecta, unde boves mugitus edere vir doctus credit,[7]) bestias animadverteret? Qui poeta postea spectatoribus fidem facere eam solam illas mugitibus orchestram et caveas personantes non audivisse? Quare tam mirum Mercurii dolum, ut omnia quae de illo antiquitus ferebantur superaret facinora, nemo nobis tradidit scriptor vetus, quamquam fabulae Sophocleae memoriam usque ad alterum p. Chr. n. saeculum oblivione non prorsus obrutam

---

magis risum movet quam ille Pindaricus, quem Stahl attulit Pyth. III, 100: ὅνπερ μόνον ἀθανάτα τίκτεν ἐν Φθίᾳ Θέτις et hic Homericus Ξ 492:

τῷ δ' ἄρ' ὑπὸ μήτηρ μοῦνον. τέκεν Ἰλιονῆα

(cf. π 118, 119, 120). Poeta verbis παῖδ' ἐφίτυσεν μόνον haec fere expressit: filius tunc natus Jovis et Maiae unicus est.

5) Bucherer B. ph. W. 35, 1912 p. 1107 proposuit κἄδεσμα, quod Wilamowitzii coniecturae κἀδεστά praefero, nam si non semper nomen cum nomine, at certe plerumque pluralis numerus cum plurali coniungi solet cf. σιτία καὶ ποτά Plat. Prot. p. 334 A, Xen. Anab. VII 1, 33; σῖτα καὶ ποτά ibidem II 3, 27, alia.

6) Die Spürhunde², Berlin 1913, Vorrede p. 6.

7) H. 1912 p. 545; de boum mugitu, quem ille dicit, infra disputavi p. 55.

fuisse charta Aegyptiaca, cui fragmenta debemus, ipsa testatur? Accedit quod poetanc furti nutricem insciam esse voluerit, ex Cyllenes verbis minime est perspicuum. Ab indagatoribus enim interrogata ea tergiversatur, circuitione et anfractu usa illos morari studet variis verbis hac eadem circumscripta argumentatione, quam esset absurdum ineptumque Jovis filium, et eum certe non ex qualibet paupere raptorum familia ortum, talis accusare facinoris;[8]) quibus cum satyris alumnum omnis iniuriae insontem esse non persuasisset, haec denique addidit col. XV 21 v. 393:

ἤδη με πνίγεις καὶ σὺ χα[ὶ βόες σέθεν.

Summis igitur ea est in angustiis; nescit, quo se vertat, quid agat, de bubus, ut videtur, non celata. Nam ille, qui timet, ne sua verba, si ab omni ambiguitate sint libera, vel sibi vel alteri sibi caro damnum afferant, tali modo quaestiones incommodas a se avertere studet.

Dixerit quispiam eam persequentes eo consilio fefellisse, ut puerum ab illis defenderet; sed fac eam hoc voluisse, cur non delicti indicium, corium dico bubulum, si illius originem non ignorabat, omnium aures anxie celavit, praesertim cum pedibus saxum pulsari atque tanto impetu satyros irruere perspexisset, ut quo consilio illi venissent, non intellegere non posset? Immo vero ipsa eos de furto quodam conqueri audiverat.[9])

Cur hac ratione eam se gerere putemus? Non inepte Allegreus de nympha dicit p. 258: „Elle est plutôt une utilité qu'un personnage véritable." Mercurium enim ipsum sicut in hymno Homerico se defendentem Sophocles inducere non potuit; quare ille Maiam hoc

---

[8]) col. XIII 16 v. 332, XIV 7 v. 349 sqq., XV 4 v. 376, 19 v. 391.

[9]) cf. col. IX 1. v. 210 sqq., 19 v. 228, Vollgraff p. 166 sqq.

munere fungentem non fecisset, Robertus scite exposuit;[10]) Cyllene fabula ineunte et Mercurii agit partes et coram spectatoribus res extra scaenam gestas explicat. Eius indolem Allegreus non intellegit,[11]) ego simili modo eam intellegendam esse puto atque personam impositam Mercurio ipsi, quem, infantem modo natum, poeta mira ratione crescentem fecit, ut adulescentulum, qui a flore aetatis non longe abesset, in scaenam producere posset:[12]) scaenae condiciones Sophoclem cogebant. Altercatione quadam cum indagatoribus opus erat callidisque verbis; Mercurii igitur vice Cyllene callida est; eademque est simplex, nam simplicem nympham decebat ut Jovis in

---

[10]) cf. H. 1912 p. 555. Roberto non assentior dicenti poetam scaenicum Cyllenen Maiae partes agentem induxisse; eam Mercurii vice fungi in promptu est; Maia enim in hymno Homerico nullo modo filium defendit vel Apollinem persequentem decipere studet.

[11]) p. 258: „En réalité on ne saurait trouver de mot pour définir clairement Cyllène, sa physionomie reste indécise, et son âge même incertain. Est-elle une nymphe jeune et aimant à rire ou une τροφός avisée d'un âge plus mûr et cachant sa finesse sous de faux airs de naïveté?"

[12]) Nam quo alio consilio poeta finxerit versus col. XV. 8 v. 271 sqq., intellegi nequit, neque Terzaghi, qui unus ex viris doctis hac de re aliter sentit, suam opinionem argumentis fulsit satis probabilibus (Introduzione p. 62 sqq.). Si quidem priscae illius fabulae, qua Mercurium iuvenem lyram invenientem factum esse Robertus dicit H. 1906 p. 417, Sophoclis aetate ullum fuisset vestigium, poeta vix usus esset tali artificio. Quod, ut est per se parum probabile, dilucide demonstrat, quam penitus infans in mentibus inhaeserit deus, et lyrae inventor et boum raptor. Aliis enim in fabulis poeta minime veritus est ab antiqua epica recedere memoria, quippe qui pro Astyanacte, infante secundum Iliadem parvam, in Captivis adulescentulum substituerit, item in Trachiniis et in Troilo pro puero vulgo cogitato, cf. Haym, De puerorum in re scaenica Graecorum partibus, Dissertationes philologicae Halenses XIII 4, 1897 p. 255 sqq.

Maiam amorem ita ea enarrare, quae si tacuisset, alumnus tutus fuisset. Quod ideo minus nobis videtur incredibile, quoniam satyros poeta finxit novo et inaudito sono ita captos esse, ut boum immemores non in has, propter quas raptas venerant, sed in illud instrumentum, unde mira profecta esset vox, inquirerent.

Sophocleam autem a nostrae aetatis arte dramatica prorsus diversam fuisse satis constat. Leviores enim gravioresve inconstantias vel ex scaenae antiquae condicionibus vel ex eo ortas, quod usu quodam tragicarum satyricarumque fabularum scriptores Attici coacti erant in actiones scaenicas res digerere a dis vel heroibus mythicis gestas, carminibus saepissime epicis memoriae proditas, poeta aegre ferre non solebat, dummodo spectantium et audientium animos iis, quae ante oculos agebantur, teneret et traheret.[13]) Hac igitur ratione ea, quae sicut in illius tragoediis ita in hac fabula satyrica inter se nonnumquam non concinunt, explicanda esse apparet.

De loco et ordine carminis epici.

Quae cum ita sint, per se veri est simillimum scaenicum poetam rebus commotum dramaticis et traditum in hymno locum permutasse et pristinum rerum ordinem convertisse, qui nihil omnino habet offensionis. An umquam qui mythos narrant poetae quaerere solent, unde di et heroes, quos partes agentes inducunt, ea, quae res miras ad perficiendas opus sint, sumant? Res adsunt,

---

[13]) Quam rem fusius tractaverunt Dopheide, De Sophoclis arte dramatica e fabularum rebus inter se discrepantibus cognoscenda, Münster 1910, F. Ackermann, Das πιθανόν bei Sophokles, ein Beitrag zur Erkenntnis seiner Kunst, Erlangen 1910, Tycho von Wilamowitz-Moellendorff, Beobachtungen über die dramatische Technik des Sophokles, Freiburg 1912.

quando poeta iubet. Id ipsum, quod hymni auctor corii bubuli originem neglexit, priscam mythi formam testatur. Vitio hoc viri docti illi vix tribuissent, nisi apud Apollodorum III 10, 2 res aliter esset tradita. Non enim interpretes mirati sunt, undenam Mercurius, cum in summo Cyllenio monte silvis obtecto[14]) lyram faceret, arundines carpsisset, quae, quantum scio, nisi in locis demissis ac palustribus crescere non solent, undenam plectrum prompsisset, quo instrumenti recens inventi fides illum pulsasse poeta dicit v. 53:

πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέρος . . . .

Corium autem bubulum et chordas ovinas Robertus in suspicionem vocat H 1906 p. 400: „Es ist nämlich einerseits ein Widersinn, wenn es in dem Stück von der Erfindung der Leier heißt 49:

ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι,

denn wenn der kleine Hermes über eine Ochsenhaut verfügt, die er doch nur aus der mütterlichen Höhle haben kann, und nach 51

ἑπτὰ δὲ συμφώνους οἴων ἐτανύσσατο χορδάς

auch über Schafsdärme, dann ist die Speisekammer der Maia mit Fleischsorten so gut assortirt, daß ihr winziger Bengel nicht nötig hat, auf den Rinderraub auszugehen. Es ist sehr bezeichnend, daß Apollodor in der Hypothesis, die er III 10, 2—5 von diesem Hymnos

---

14) cf. v. 228: Κυλλήνης δ'ἀφίκανεν ὄρος καταειμένον ὕλῃ, quem montem Sophocles dicit col. IX. 6 v. 215 χλοερὸν ὑλῶδη πάγον ἔνθηρον. Fortasse non plane supervacaneum est adnotare in monte Cyllene arundines citharas ad faciendas aptas non occurrere; cf. Victor Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere[6], Berlin 1894 p. 297 sqq., Neumann und Partsch, Physikalische Geographie von Griechenland, Breslau 1885 p. 456, Philippson, Peloponnes, Berlin 1891 p. 206, 248, 537; ut omittam Mercurium testudine inventa domum statim reducem v. 39 sqq.

gibt,[15]) den Schnitzer corrigirt, indem er die Auffindung der Schildkröte erst nach dem Rinderraub geschehen läßt: καὶ ταχέως εἰς Κυλλήνην ᾤχετο. καὶ εὑρίσκει πρὸ τοῦ ἄντρου νεμομένην χελώνην. ταύτην ἐκκαθάρας εἰς τὸ κύτος χορδὰς ἐντείνας ἐξ ὧν ἔθυσε βοῶν καὶ ἐργασάμενος λύραν εὗρε καὶ πλῆκτρον. Dabei contaminirt der Mythograph, wie man sieht, v. 49 mit 51, indem er den Hermes die Leier statt mit Schafdärmen mit Ochsendärmen beziehen läßt, weil es ihm natürlich ebenso unverständlich ist wie uns, wie der Gott in Besitz von Schafen gelangt sein soll."

Ut virum secuti doctissimum poetae verba rationis norma usi quam accuratissime et diligentissime examinemus, quidni Mercurius corium bubulum et chordas ovinas ex eodem cavernae angulo sumat, unde arundines prompsit, plectrum et scalprum, quo medullam exterebravit testudinis montanae (v. 42)? Plectrum et arundines puerulum in Cyllenio antro deserto ad manum habuisse equidem non

15) Apollodorum, cum multis in rebus ab hymni poeta dissideret, carminis epici argumentum exposuisse Ludwichius optimo iure negavit; cf. Homerischer Hymnenbau, Leipzig 1908 p. 2 sqq. Ex eo autem, quod sicut Apollodorus ita Philostratus (Imagines I, 26) Maiam Cyllenes partes quasi agentem fecit, non tam certa fide quam Terzaghi concludo utrumque ad antiquam memoriam epicam dramaticam accommodare studuisse (Introduzione p. 65 sqq.), neque sua sponte mythographum hymni ordinem convertisse puto; cf. Allegreum p. 243 adn. 2. Fortasse ille posteriore quodam poeta usus est, qui rebus et ex hymno et ex fabula Sophoclea sumptis sua addidit inventa. Posteriores enim fabulam traditam et permutasse et variasse vel ex eo apparet, quod apud omnes fere singulae res narratae sunt, quae aut ad epicum aut ad scaenicum redeunt poetam, coniunctae cum aliis gravissimis ab utroque, quantum quidem de fabula Sophoclea iudicare licet, alienis. In ordine converso non solus Apollodorus cum Sophocle consentit, sed etiam Eratosthenes cataster. XXIV ed. Robert, Berlin 1878 p. 138 eiusque pedisequi, qua de re vide Scheffler, De Mercurio puero, Königsberg 1884 p. 14.

minus admiror quam scalprum[16]) coriumque, quae alium ad usum mater servare potuit. Chordae autem ovinae — si forte eo maiorem poetae fidem tribuendam esse censes, quo accuratius ille versibus suis rerum originem significaverit — nullam omnino tibi movere possunt suspicionem. Oves enim et capras in monte Cyllene adfuisse poeta minime nos celavit; dicit diserte v. 232:

. . . . πολλὰ δὲ μῆλα τανaύποδα βόσκετο ποίην.[17])

Sed quidni intellegamus aliquem, sive deum sive hominem, qui magnum habeat ovium boumve gregem, boves ultro cupere, divitem maiores divitias, maiorem potentem potestatem?

---

[16]) cf. Robertum H. 1906 p. 417; de iuvene, quem ille lyram invenientem induxit, vide adn. 12 p. 7, de plectris artificiosis Daremberg et Saglio, Dictionnaire des Antiquités III 2, Paris 1904, s. v. Lyra p. 1446.

[17]) Pecus ovillum et caprinum etiam nostris temporibus herbas in dorso montis crescentes depascere solet; cf. Philippson l. s. s. p. 123: „Im Sommer entsprießt den Felsen ein Teppich von Alpenkräutern, und die Schafe und Ziegen der Rumelioten dehnen daher ihren Weidegang bis auf den Gipfel aus.“ Haud scio, an propter ipsas has oves et capras mons Cyllene Mercurio antiquitus sacer fuerit. In calice quodam Attico A. Z. 1844 t. 20 prope Mercurium in cunis iacentem praeter vaccas oves pictae sunt, quas Maiae esse suspicor; Apollinis enim non sunt. Huius quidem picturae auctor non ab omni probabilitate abhorrere putavit Mercurium inde a prima pueritia id spectasse, ut suas augeret divitias.

[18]) Boves boumque carnem necessario ibi adesse, ubi coria sint, Roberto concedere non possum; fortasse poeta Mercurium in Maiae cella penaria nihil invenisse sibi finxit nisi coria nervosque. Veri scilicet mihi videtur similius illum res tam pusillas non anxie reputasse. Baumeisterus verba κρειῶν ἐρατίζων Λ 551 de leone dicta boves raptum eunte hymni auctorem censet adhibuisse Homerum festive imitatum, quem secutus est Kuiper, De discrepantiis hymni Homerici in Mercurium, Mnemosyne 1910 p. 25 adn. 2.

Κρειῶν ἐρατίζων[18]) parvulus domo profectus est; victimarum carnem ille cupiebat. Nam non tam cibi adipiscendi quam honorum et sacrificiorum causa, sine quibus di non sunt, Mercurium boves abstulisse poeta demonstravit,[19]) quippe qui illum duabus caesis vaccis carnem intactam relinquentem induceret, quamquam, ut illius utar verbis v. 130:

. . . ὁσίης κρεάων ἠράσσατο κύδιμος Ἑρμῆς·
ὀδμὴ γάρ μιν ἔτειρε καὶ ἀθάνατόν περ ἐόντα
ἡδεῖ'· ἀλλ' οὐδ' ὥς οἱ ἐπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ
καί τε μάλ' ἱμείροντι κρειῶν[20]) ἱερῆς κατὰ δειρῆς.

---

[19]) Immortalium honores imprimis Mercurium appetivisse ex donorum praeterea permutatione apparet. De qua Kuiper l. s. s. p. 46 recte admonuit neque ex versu 437:

πεντήκοντα βοῶν ἀντάξια ταῦτα μέμηλας:

„Quam excogitasti lyrae artem, ea tanti mihi esse videtur quanti quinquaginta boves," neque ex versibus 491/492:

ἡμεῖς δ' αὖτ' ὄρεός τε καὶ ἱπποβότου πεδίοιο
βουσὶ νομοὺς Ἑκάεργε νομεύσομεν ἀγραύλοισιν

effici posse Mercurium boves accepisse, sed curam tantum boum v. 498: βουκολίας τ' ἐπέτελλεν (cf. Ebelingii Lexicon Homericum s. v. βουκολίη); lyra igitur illum flagellum permutasse: „et iuxta Apollinem Νόμιον honores habebit suos Ἑρμῆς ὁ βουκόλος." (l. s. s.p. 47). Phoebus enim θεῶν μακάρων βόας ἀμβρότους (v. 70/71) pascebat, quas dono fratri dare nefas erat, qua de causa illum βουκόλον secum esse sivit. Hunc quidem mythum hymni poeta narrat. Kuiper autem p. 24 sqq. Gruppei libro inscripto Griechische Mythologie, München 1906 II p. 1326 sqq., I p. 119 adn. 3, p. 152 adn. 1 usus fabulam quandam de Admeti Peloponnesiaci bubus a Mercurio abactis excogitavit, cuius fundamenta in incertissimis posita sunt testimoniis. Nam neque Antoninus Liberalis Phoebum Admeti boum pastorem fuisse rettulit, cf. c. XXIII § 2: Ἑρμῆς ἐπιβουλεύει τῇ ἀγέλῃ τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος. αἱ δὲ ἐνέμοντο ἵναπερ ἦσαν αἱ Ἀδμήτου βόες, neque indiculus fabulae XXIII adscriptus: Ἱστορεῖ . . . . . καὶ Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις magnam habet fidem et auctoritatem; cf. Martinii editionis — Lipsiae 1904 — praefationem p. XLIV sqq. De seriore Antonini Liberalis auctore cf. Guilielmum Vollgraff, Nikander und Ovid I, Groningen 1909 p. 111 sqq.

Aliter igitur Mercurius se gerit atque di Homerici, qui victimis sibi caesis ipsi inter homines praesentes epulantur, velut Neptunus et Juppiter apud Aethiopas α 26, Ψ 207, A 423, alii apud Oeneum I 535 et Phaeacas η 201; quamquam non desunt vestigia deorum cognitionis paululum diversae. Nam Minerva γ 436 epularum quidem conviva, sed non particeps, Apollo A 66/67 nihil nancisci dicitur nisi nidorem caprarum et ovium [21]).

Deos ad hoc Apollinis exemplum sacrificiis delectatos posterioribus saeculis Graecos animo sibi finxisse vel ex Avibus intellegere licet fabula Aristophanea. Cuius auctor, deos vulgo creditos cum ludibrio haberet, mortalium vitia, errores, cupiditates nimis fortasse illis attribuit; [22]) sed ne comicum quidem poetam scripturum fuisse puto Av. v. 186:

τοὺς δ' αὖ θεοὺς ἀπολεῖτε λιμῷ Μηλίῳ.

v. 1519: ἀλλ' ὥσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν ἄνευ θυηλῶν· [23])

[20]) Codicum lectiones corruptae sunt; cf. Allenii apparatum criticum. Editor ipse proposuit παρεῖν' vel περ εἶν', de quibus scripturis ipse sic iudicavit J. H. St. XVII 1897 p. 258: „J am aware that καί τε μάλ' ἱμείροντί περ εἶν' ἱερῆς involves diaeresis after the third foot and elision of αι; if the former objection be fatal perhaps παρεῖν' might stand 'admit', though it is almost burlesque . . . . . Ludwich's πιεῖν is not very suitable to an ὁσίη κρεάων." Propter quas offensiones ego potius Fridericum Marx sequor, qui in seminario philologo Bonnensi docuit non infinitivum, sed nomen ad ἱμείροντι pertinens in vocabulo corrupto latere. Cuius coniectura κρειῶν accepta versus 133 sic interpretandus est: quamvis desideraret carnes inde a valido collo deorsum. Ea igitur dorsi animalis pars dicitur, qua, cum optima existimaretur, fortissimi honorabantur viri, hac de causa v. 122 νῶτα γεράσμια appellata.

[21]) cf. Paul Stengel, Opferbräuche der Griechen, Leipzig und Berlin 1910 p. 64 adn. 1.

[22]) cf. Carl Kock, Aristophanes und die Götter des Volksglaubens, Leipzig 1857 (F. J. Suppl. III) p. 79, p. 97.

nisi vulgus usque ad seriora illa tempora memoriam quandam retinuisset deorum, qui naturalibus quibusdam necessitatibus subiecti, si non sacrificiis ipsis, at certe eorum nidore simili modo et egerent et fruerentur atque cibo homines. Quam rerum divinarum opinionem confusam et obscuram ad comprobandam versus addo in Platonis qui fertur Alcibiade altero p. 149 D post Iliadis Θ 549 illatos:

κνίσην δ' ἐκ πεδίου ἄνεμοι φέρον οὐρανὸν εἴσω
ἡδεῖαν· τῆς δ' οὔ τι θεοὶ μάκαρες δατέοντο,
οὐδ' ἔθελον.

Itaque vulgari inter Graecos post saecula heroica pervagata opinione di odorem quidem accipiunt victimarum suavem, quo tamen illi sensuum quadam voluptate fruuntur, quo adempto inopia premuntur et inedia, miseria laborant intolerabili. [24]) Divina enim et humana apud deos Graecos coaluisse eorumque naturam esse variam quis est, qui neget?

Mercurii igitur, qui carne sacrificata non vescitur, odorem autem dum imbibit, cupiditate afficitur, nonne similes sunt eique cognati di et Homerici victimis caesis hominum more delectati et Aristophanei, qui nidore aluntur et hoc privati esuriunt? An grave discrimen inter illos intercedere putas? Mihi quidem fictis his fabulis subesse videtur rerum divinarum quaedam cognitio non diversa nisi pro diversis temporibus et pro verbis, quibus diversi poetae rem aptius ineptiusve expresserunt; hymni auctor, quippe qui Mercurium induxerit sua sponte a carne abstinentem, epulandi illam voluptatem, cui di Homerici

---

[23]) Quam vim haec haberet vox, egregie exposuit Stengel l. s. s. p. 7 sqq.

[24]) cf. hymn. Hom. in Cererem v. 311 sqq., Aristoph. Plut. v. 1097 sqq., Naegelsbach, Nachhomerische Theologie, Nürnberg 1857 p. 7/8.

libenter se dederant, suorum a dignitate et maiestate iam quodam modo alienam putavit[25]). Quae si reputaveris, Mercurii sacrificium nullus dubitabis, quin sic fere explicandum sit: Deum se esse Jovis et Maiae filius sensit primo quo natus est die; carnium igitur victimarum ritu sacro caesarum — *ὁσίης κρεάων ἠράσσατο* diserte dicit poeta — desiderio cum excruciaretur, deorum tamen more nidore contentus erat. Summis dis se sagacitate, ingenio, robore, fortitudine parem esse sensit, in duodecim igitur partes carne divisa sibi inter duodecim summos deos ipse sacra instituit.[26]) Furum deum furando sedem in Olympo sibi parasse num mirum est? Si nihil voluit nisi boves, cur fratri illas abstulit? Si nihil nisi coria, cur quinquaginta, ut hymni poeta; cur praeter vaccas etiam iuvencas et vitulos, ut Sophocles refert? Num lyrarum officinam instituere in animo habuit?

---

[25]) Allen et Sikes Gemollium secuti poetam deum frustra carnem appetentem iocose irrisisse dicunt (ad hymni versum 132): sed haud scio, an viri illi doctissimi hominibus antiquis ea tribuant, quae nostrae aetatis lectores sentiunt. Hymni poeta, quamvis humanam dis induerit naturam, tamen ab Aristophanea licentia, mea quidem sententia, longe remotus est: Ille, homo plebeius, serio et simpliciter illos credit deos, qui poetae comico ludibrio sunt, et rem traditam ita explicat, ut ipse eam intellegit; eum consulto sacra tali irrisione prolata profanasse minime est credendum.

[26]) Ad versum 128 recte sine dubio editores Allen et Sikes adnotant: „This is the first reference to a system of twelve gods, of whom Hermes is one. As Gemoll rightly explains, Hermes is consciously claiming his prerogative, and is himself instituting the ritual which is hereafter to be observed by men." Quae cum ita sint, Mercurium unum ex duodecim illis esse poeta aliter exprimere non potuit, nisi cum illum fecit ipsum sibi sacrificantem. Singulas res, quas poeta narrat, carnes dico loco quodam elevato servatas, coria supra saxum extenta cum ritibus cohaesisse et caerimoniis ad ipsa illa quae Mercurius instituisse dicebatur sacra pertinentibus veri est simillimum; cf. Allen et Sikes ad v. 135.

Cur Sophocles scaenam fabulae in Cyllenio posuerit antro.

Antiquiora antiqui huius mythi monumenta non habemus quam hymnum et fabulam Sophocleam,[27]) quibus inter se comparatis quid iudicandum sit, apparet. Poeta epicus Mercurii facinora deinceps enarrare potuit, sicut ea acceperat; num credendum est illum — cuicumque carmen, quod aetatem tulit, debemus — res, si ita ut Wilamowitzius vult vel sermone vel fama essent traditae, sua sponte eversurum fuisse? Contra poeta tragicus ex converso prisco ordine tantum cepit fructum, ut levioribus in inconstantiis hac ex ratione ortis conivere posset. Nam non modo Apollinis boum corio proposito satyros induxit furtum patefacientes, sed etiam duabus rebus a Mercurio gestis, lyrae dico inventionem et boum raptum, artius inter se coniunctis illam actionis effecit unitatem, qua carere fabularum scriptor scaenicarum nequit.[28])

Perinde ad loci unitatem alio modo pervenire non potuit nisi neglecto Pylio illo antro, ubi Mercurium boves occultasse omnes qui huius rei memoriam prodiderunt scriptores inter se consentiunt praeter unum Philostratum maiorem,[29]) qui suo Marte pro loco tradito Olympum montem fecit dei praedam recipientem. Ad fabulam autem satyricam aptior quam illud antrum erat Mercurii ea sedes, quam ad praeferendam apud Sophoclem fortasse aliquid valuit hymni poeta ipse. Qui, cum Mercurium non induxerit boves suo occultantem domicilio, tamen

---

[27]) De versione, quae dicitur Hesiodea cf. adn. 19. p. 12.

[28]) cf. Allègre p. 243 sqq.

[29]) Imagines I. 26, Apollon. V. 15 p. 91; cf. Scheffler l. s. s. p. 5, p. 38, Preller-Robert, Griechische Mythologie⁴, Berlin 1894 p. 390 adn. 4. Vasorum fictilium pictores duo eadem atque Sophocles necessitate coacti erant vaccas raptas prope Mercurii collocare sedem, qua de re Robertus disputavit H. 1912 p. 556.

Apollinem depinxit eas hoc ipso loco quaerentem, delusum a fratre sua innocentia gloriante et coram illo v. 269:

μή τις τοῦτο πύθοιτο πόθεν τόδε νεῖκος ἐτύχθη·
καί κεν δὴ μέγα θαῦμα μετ᾿ ἀθανάτοισι γένοιτο
παῖδα νέον γεγαῶτα διὰ προθύροιο περῆσαι
βουσὶ μετ᾿ ἀγραύλοισι·[30]) τὸ δ᾿ ἀπρεπέως ἀγορεύεις.

et coram Jove v. 378:

πείθεο, καὶ γὰρ ἐμεῖο πατὴρ φίλος εὔχεαι εἶναι,
ὡς οὐκ οἴκαδ᾿ ἔλασσα βόας, ὣς ὄλβιος εἴην.

Viam igitur, qua poeta tragicus progrederetur, hymni auctor, ut ita dicam, iam et paravit et monstravit. Res enim, quas fieri potuisse prior poeta significavit, apud posteriorem haud raro fiunt, alias leviter tantummodo apud illum perstrictas hic primo posuit loco.[31]) In carmine epico Graeci advenae Polyphemo latrocinii suspicionem iniciunt (ι. 252 sqq.), apud Euripidem illi huius criminis a Sileno accusati sollemni habita quaestione damnantur; cf. Cycl. v. 230 sqq. Ulixem poeta tragicus fecit Polyphemum occaecantem, ut monstrum sociis mactatis et comesis ulcisceretur,[32]) quae res Odysseae librum nonum neglegentius legentes facile fugit (cf. ι. 317, 479), cum Ulixes dictus sit Homericus dira necessitate coactus Cyclope oculo orbato se sociosque ex antro saxi ingentis mole occluso liberasse. Sophoclem ipsum hymni versu 38 usum nympham fecisse satyros illudentem, de miro illo animali cum loqueretur, cui mortuo Mercurius vocem attribuisset, Robertus vidit;[33])

---

[30]) διὲκ coniecit Gemoll, βουσὶν ἐπ᾿ ἀγραύλοισι Schneidewin: per portam egressus boves ad abigendas; codicum autem scripturam, ni fallor, tuentur versus 378 sqq., quibus simili modo Mercurius se defendit, cf. Allen et Sikes ad h. l.

[31]) cf. Robertum H. XXXIX 1904 p. 480, H. XLI 1906 p. 416, Ph. U. V. 1881 p. 96.

[32]) Cycl. v. 441, 693, 694; cf. adn. 1 p. 1.

[33]) H. 1912 p. 554.

atque Allegreum recte suspicatum esse[34]) puto praemia ab Apolline promissa ad fingenda Sophoclem adduxisse hymni versus 263/264:

οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην, οὐκ ἄλλου μῦθον ἄκουσα·
οὐκ ἂν μηνύσαιμ', οὐκ ἂν μήνυτρον ἀροίμην·

Hymnum igitur, ni fallor, licet adhibere testem certissimum, quo probetur ex hoc fonte Sophoclem hausisse, cuius fabulae ipsae discrepantiae maxima ex parte ad unum idemque et furis et praedae refugium revocandae docent mythum, qui de bubus Apollinis Mercurioque raptore ferebatur, arte conexum fuisse cum loco quodam in Pylo Triphylia prope Alpheum flumen sito, E 545:

. . . . ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης,

ubi Mercurius duabus bubus mactatis ceterisque in antro quodam occultatis ipse se inter duodecim deos numeravit. De Pylo autem Homerica, ubi haec accidisse poeta epicus narrat, virorum doctorum sententiae discrepant; accuratius igitur in hunc locum inquiramus.

De Mercurii antro Pylio.

K. O. Muelleri sententiam censentis prope Pylum Messeniacam apud Coryphasium hoc antrum fuisse, postquam paene universe aliquamdiu recepta est, invictis allatis argumentis nuper refutavit Ludwichius,[35]) quocum

---

[34]) cf. p. 248. Prologum ad fingendum Sophoclem multum adiuvisse Phoebi cum sene Onchestio colloquium minus mihi videtur probabile; et huius et alitis v. 213 partes apud poetam scaenicum satyri sustinent.

[35]) l. s. s. p. 100 sqq. K. O. Muellerus suam sententiam protulit in Ed. Gerhardi „Hyperboreisch-Römische Studien" I, Berlin 1833, p. 310 sqq. Antonini Liberalis versione nisus, de qua vide adn. 19 p. 12. Utrum nomen Pylus locum designaverit an gentem (cf. Ed. Meyer, Geschichte des Altertums, Stuttgart 1893 II § 45, p. 70), non multum ad rem facit; apud

ex parte consentit Robertus H. 1906 p. 422: „Immerhin mag die Sage an verschiedenen Orten localisirt gewesen sein; daß aber im Hymnos, und zwar in allen seinen Phasen, das triphylische Pylos gemeint ist, beweist die wiederholte und nachdrückliche Erwähnung des Alpheios. Hier aber wurden zur Vollmondszeit im Hochsommer die Olympien gefeiert und dabei den zwölf Göttern an den ihnen geweihten, der Legende nach von Herakles gestifteten Altären geopfert. Das trifft doch mit der zweiten Erweiterung des Hymnos so evident zusammen, daß ein Zufall ausgeschlossen scheint. Der Verfasser will sagen: lange bevor Herakles am Alpheios den Cult der zwölf Götter gründete, ja bevor dort überhaupt eine Cultstätte war, hat schon Hermes denselben Göttern dort geopfert; und wenn man erwägt, daß Hermes der alte arkadische

---

Homerum Nestor Pyliorum rex et in Iliadis libro quinto v. 545 Pyliorum flumen Alpheus est, contra quem locum non pugnant versus B 591/592:

Οἳ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν
καὶ Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ ἐΰκτιτον Αἰπύ.

Undecimo Iliadis libro Alpheum fines Nelei ab Epeorum regno discernere, Θρύον igitur extremum Pyliorum oppidum dici v. 711/712: ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις, αἰπεῖα κολώνη,
τηλοῦ ἐπ' Ἀλφειῷ, νεάτη Πύλου ἠμαθόεντος·
ex eo fortasse intellegi potest, quod Pyliorum hostes regiones septemtrionales iam occupaverant, cf. Ed. Meyer l. s. s. II § 186 p. 285. Ceterum Doerpfeld, Alt-Pylos A. M XXXVIII 1913 p. 97 sqq. nuper egregie demonstravit Alpheum per Pyliorum terram fluxisse. Et apud Θρύον et apud Olympiam vadum fuisse (Ἀλφειοῦ πόρον hymn. v. 398) non est, quod miremur; utroque enim loco inde ex antiquissimis temporibus viae principales ex septemtrionalibus et meridionalibus Peloponnesi regionibus trans flumen ferebant; cf. Partsch, O. Textband I p. 4 sqq., p. 12. De Pylo, Nestoris oppido, cf. Victor Bérard, Topologie et Toponymie antiques, Revue Archéologique XXXVI 1900 p. 345 sqq., Doerpfeld A. M. XXXII 1907 p. VI sqq., Alt-Pylos A. M. XXXIII 1908 p. 295 sqq., K. Mueller, Alt-Pylos A. M. XXXIV 1909 p. 269 sqq.

Gott ist, der durch seinen Sohn Myrtilos, den späteren Liebhaber, aber ursprünglich gewiß den rechtmäßigen Gemahl der Hippodameia, in naher Beziehung zu Olympia steht — eine Beziehung, die jedenfalls beträchtlich älter ist, als die des aus Mittelgriechenland kommenden Herakles —, so wird man die Möglichkeit, daß hier eine directe Reminiscenz an eine religionsgeschichtliche Tatsache vorliegt, nicht bestreiten können."

Cuius in sententiam concedo pro interpolatore poeta ipso posito, qui igitur non Herculem, sed Mercurium duodecim deorum Olympicorum sacra condidisse[36]) quodam modo compertum habebat; nam de suo illum talia finxisse quis est, qui crediderit? Inter hos autem deos, quos Olympionicae bubus immolatis honorabant, sicuti de Psaumide Camarinensi Pindarus rettulit Olymp. V. 10:

βωμοὺς ἓξ διδύμους ἐγέραρεν ἑορ-
ταῖς θεῶν μεγίσταις
ὑπὸ βουθυσίαις ἀέθλων τε πεμ-
πταμέροις[37]) ἁμίλλαις,

Mercurius et Apollo communem habebant aram, θεοί erant σύμβωμοι, teste scholiasta, qui Herodori Heracleotae de Hercule libro usus poetae verba sic explicat (ed. Drachmann, Leipzig 1903, I p. 141): ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Ἦλιν τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἱερὸν ἱδρύσατο Διὸς Ὀλυμπίου καὶ Ὀλυμπίαν τοῦ θεοῦ ὁμώνυμον τὴν χώραν ἔθεντο. ἔθηκε[38]) δὲ αὐτῷ αὐτόθι καὶ ἄλλοις θεοῖς βωμοὺς ἓξ τῷ ἀριθμῷ σύμβολον τῶν ιβ' θεῶν, καὶ πρῶτον τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, ᾧ

36) cf. adn. 26 p. 15.

37) πέμπταμέροις scripsi cum optimis codicibus, πενθαμέροις E, πεμπαμέροις cum Triclinio Schneidewin, Christ, alii. Librorum scripturam defendit Robertus, Die Ordnung der Olympischen Spiele und die Sieger der 75.—83. Olympiade H. XXXV 1900 p. 149 sqq., cf. praeterea Boeckhii explicationes, Leipzig 1821 p. 147/148.

38) Codicum scriptura ἔθεντο corrupta est; ἔθετο editio Boeckhiana; ἔθηκε proposuit Drachmann pro codicum ἔθυσε.

σύμβωμον ἐποίησε τὸν Ποσειδῶνα· δεύτερον Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς· τρίτον Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος· τέταρτον Χαρίτων καὶ Διονύσου· πέμπτον Ἀρτέμιδος καὶ Ἀλφειοῦ· ἕκτον Κρόνου καὶ Ῥέας. καὶ ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἦγον τὴν ἑορτὴν βουθυσίας ποιοῦντες καὶ ἀγῶνας ἐπιτελοῦντες. Quam fabulam ut Herodori fragmentis ita Apollodori bibliotheca memoriae proditam[39]) Pindaro ipsi non ignotam fuisse ex epinicio Olympico X intellegere licet, quo heros Molionidis devictis sollemnia instituisse dicitur, Altin cum distingueret in partem sacram et profanam v. 58:

τιμάσαις πόρον Ἀλφεοῦ
μετὰ δώδεκ᾽ ἀνάκτων θεῶν.[40])

Id est, ut scholiastae verbis utar p. 325 D: πρώτῳ τῷ Ἀλφειῷ ἔθυσεν <ὡς> ἐγχωρίῳ θεῷ· καὶ γὰρ μετὰ τῶν δώδεκα θεῶν τιμᾶται. Herculem igitur sex illas aras geminas, cum Alpheo primo, deinde ceteris illarum dominis sacrificaret, posuisse non tantum Herodorus et Apollodorus, sed etiam Pindarus credidit. Qui dei domini quin eidem sint, quibus Mercurius boves mactasse dicebatur, dubitari nequit, quippe qui Olympiae proprii et ab aliis duodecim deis consentibus prorsus alieni sint[41]). Neque est, quod

---

[39]) Apoll. II 7, 2: ἔθηκε δὲ καὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, Πέλοπός τε βωμὸν ἱδρύσατο, καὶ θεῶν δώδεκα βωμοὺς ἓξ ἐδείματο. De Herodori versione cf. C. Mueller F. H. G. II p. 35/36, Maurer, De aris Graecorum pluribus deis in commune positis, Darmstadt 1885 p. 8.

[40]) De hoc loco vide interpretes Christ, Metzger, alios. Recte Boeckhius l. s. s. p. 201/202 admonet μετὰ δώδεκ᾽ ἀνάκτων θεῶν non esse cum deis, sed inter duodecim deos.

[41]) Commentationes ad hanc rem pertinentes attulerunt Gruppe l. s. s. II p. 1098 adn. 1, p. 1099 adn. 1 et Baumeister, Zwölfgötter und andere Göttervereine B. D. III p. 2136 sqq., quibus addenda est Lehrsii dissertatio; cf. Populäre Aufsätze aus dem Altertum, Leipzig 1875 p. 235—258. Peterseni disputatio altera inscripta Zwölfgöttersystem der Griechen und Römer (Verzeichnis der Vorlesungen des Hamburger akademischen Gymnasiums 1868/1869) mihi non praesto erat.

miremur[42]) eorum collegium nusquam alibi esse receptum, quamvis magno in honore apud Graecos haberentur Olympicae religiones; ubi enim terrarum, ubi gentium Alphei sacra coli potuerunt nisi apud venerabilem hunc amnem ipsum, cui Nestor — simili modo atque Mercurius et Hercules — ad bellum contra Epeos profectus taurum cecidisse Λ 725 sqq., Leucippus, Oenomai filius, comam aluisse narrabatur[43]), quo magis nullum alium, ne Cladeum quidem, honorabant Elei. In Elide urbe mulieres prisco usae hoc carmine, quod ex ipsis cultus Bacchici primordiis repetitum esse dixeris:

ἐλθεῖν, ἥρω Διόνυσε,
Ἀλείων ἐς ναὸν
ἁγνὸν σὺν Χαρίτεσσιν,
ἐς ναόν,
τῷ βοέῳ ποδὶ θύων.
ἄξιε ταῦρε,
ἄξιε ταῦρε,[44])

---

[42]) Petersen, Das Zwölfgöttersystem der Griechen und Römer I, Programm des akademischen Gymnasiums, Hamburg 1853 p. 20 dicit: „Die Aufnahme der Titanen, die erst später im Cultus sich geltend machten, sowie des Dionysos, der nachweislich später unter die Olympier erhoben war, machen es wahrscheinlich, daß diese zwölf Götter erst zusammengestellt sind, als das gewöhnliche Zwölfgöttersystem schon allgemeine Anerkennung gefunden hatte, das, wenn die Olympische Zusammenstellung älter wäre, gewiß nicht so große Verbreitung und Anerkennung gefunden hätte." Rectius de dis Olympicis Lehrs iudicavit l. s. s. p. 239: „Das sind zwölf Götter, aber es sind ganz und gar nicht d i e zwölf Götter. Es sind zwölf Götter nach lokalen Rücksichten und lokalem Mythus ausgewählt."

[43]) De hac fabula disputavit Ludovicus Weniger, Der Artemisdienst in Olympia und Umgegend. J. J. X 1907 p. 110/111. De Alphei apud Eleos veneratione cf. Pausaniam V. 10, 7, Curtium, Entwurf einer Geschichte von Olympia, O. Textband I p. 16.

[44]) cf. Plutarch, Quaestiones Graecae c. 36 p. 299 B, Bergk Poetae Lyrici Graeci, Leipzig 1882 III p. 656 (Carm. Popul. 6),

Bacchum invocabant una cum Gratiis, qui di communem habebant aram in Elide terra. Immo vero harum regionum incolas Saturno, Rheae, Baccho vel primis vel inter primos et in et sub eo monte, qui ex illo Κρόνιος nominatus erat, cultum tribuisse et venerationem aut ex donariis repertis aut ex priscis ritibus et caerimoniis a posteritate religiose observatis viri docti iam dudum intellexerunt[45]. Ad alias igitur urbes et gentes di consentes Olympici ideo transferri non potuerunt, quod artius quam Attici cum religionibus coniuncti erant et mythis terrae sibi sacrae propriis. Quam relinquere iis non opus erat, nam quinto quoque anno ex omnibus Graeciae partibus hominum multitudo innumerabilis ad sex has aras geminas conveniebat et festos dies ludorum celebrabat.

Id ipsum autem, quod eorum cultus in solo Olympico quasi inhaerescebat, illius vetustatem testatur, quem quo iure post annum 580 a. Chr. n. Wenigerus, Petersenus dicat eo demum tempore esse institutum, quo Atticum quod appellat systema in universum esset receptum[46]), equidem

[45]) Ex Creta insula Saturni, Rheae, Bacchi religionem Olympiam translatam esse Curtius censet O. Textband I p. 16 sqq., quocum, quod ad Saturnum et Rheam attinet, consentit Furtwaengler, Die Bronzefunde von Olympia A. A. W. 1879 IV p. 33, p. 104 adn. 2; de Bacchi religione cf. Ludwig Weniger, Über das Kollegium der Sechzehn Frauen und den Dionysosdienst in Elis, Jahresbericht Weimar 1883 p. 2 sqq., p. 17. De rebus Olympicis nuper rettulit Fr. Weege, Einzelfunde von Olympia A. M. 1911 p. 163 sqq., qui p. 163 priores virorum doctorum proposuit commentationes.

[46]) Duodecim dis Atticis Pisistratum, Hippiae filium, Pisistrati tyranni nepotem, in foro Atheniensium aram consecrasse Thucydides VI 54,6 memoriae prodidit; illi igitur ante annum fere 528 a. Chr. n. veneratione in hac urbe frui vix potuerunt. Petersen autem, praesertim in ea commentatione, quam sub titulo Das Zwölfgöttersystem der Griechen und Römer publici iuris fecit in Virchowii et Holtzendorffii „Sammlung gemein-

non intellego. Ille enim, cum inde a quinquagesima olympiade, id est anno 580 a. Chr. n., Elei Pisaeis victis et in dicionem his aemulis redactis soli Olympiis praeesse coepissent, hoc ipso tempore gravissimas accidisse dicit in rebus Olympicis permutationes: Bacchi cultum ex Pisatide in Eleorum urbem esse translatum, sedecim mulierum electarum ex utriusque terrae pagis collegium esse constitutum, Olympiae duodecim dis sex illas aras, de quibus supra dixi, esse dicatas; pro singulis ex Oxylidarum gente binos hellanodicas sorte creatos, Eleorum et Pisaeorum vice functos curam suscepisse ludorum[47]). Testis producitur Pausanias V 9, 4: Ἴφιτος μὲν τὸν ἀγῶνα ἔθηκεν αὐτὸς μόνος, καὶ μετὰ Ἴφιτον ἐτίθεσαν ὡσαύτως οἱ ἀπὸ Ὀξύλου· πεντηκοστῇ δὲ ὀλυμπιάδι ἀνδράσι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν Ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαι τὰ Ὀλύμπια. Pausanias igitur de hellanodicis rettulit; cetera, quae quinquagesima olympiade Eleos pacem cum Pisaeis ad confirmandam fecisse et instituisse vir doctus dicit, scriptor antiquus tacet, neque haec eodem tempore accidisse probabile est.

---

verständlicher wissenschaftlicher Vorträge", Berlin 1870 p. 30 sqq., Atticos deos consentes revocare studet ad Chalcidicos argumentis nisus, quae quam essent infirma, dilucide demonstravit Lehrsius l. s. s. p. 255 sqq.

47) Das Kollegium der 16 Frauen p. 3, p. 17, Artemisdienst J. J. X 1907 p. 106/108, das Hochfest des Zeus in Olympia II, Klio, Beiträge zur alten Geschichte V 1905 p. 32: III, ibidem p. 191. Contra Pausaniae testimonium quodam modo pugnat titulus Olympiae repertus J. G. A. 112; cf. Busolt, Griechische Geschichte[2] I, Gotha 1893 p. 604/605 adn. 4, Beloch, Griechische Geschichte[2] I 2, Straßburg 1913 p. 152/153: bini hellanodicae inde a quo anno creati sint, dubium est. Neque de foedere inter Eleos et Pisaeos facto certiora habemus testimonia: cf. Foerster, De hellanodicis Olympicis, Lipsiae 1879 p. 12 sqq.; Curtius, O. Textband I p. 26 et Busolt hoc olympiade 52, anno 572 a. Chr. n., accidisse probabile esse putant.

Bacchi cultum in Elidem urbem translatum vir doctus nos ita intellegere vult, ut octo mulieres Eleae, Bacchi ad id temporis sacerdotes, se coniungerent cum totidem Junonis Olympicae, ex Pisatide quae venissent, totumque collegium communiter posthac invicem Bacchi sacra Elide, Olympiae Junonis procuraret; cf. Kollegium der 16 Frauen p. 17: „Diese Einrichtung empfahl sich auch dadurch, daß die bakchischen Obliegenheiten, gleichviel, ob sie in Frühlings- oder Winterszeit fielen, niemals mit denen der Hera störend zusammentrafen; denn die Heräen fanden im Sommer, und das Hochfest derselben noch dazu nur alle vier Jahre statt. Höchst wahrscheinlich aber war die so getroffene Einrichtung der Grund, daß fortan der Dionysosdienst in Olympia in den Hintergrund trat. Wir hören nichts von einer Wirksamkeit der Sechzehn Frauen zu Ehren des Dionysos im Pisatengau, und dies leuchtet ein, wenn man erwägt, daß dieser Gott seine Feste hier wie dort aus natürlichen Gründen wohl zur gleichen Zeit verlangt hätte, die heiligen Frauen aber nicht ungeteilt an beiden Orten wirken konnten." In Pisatide autem Bacchi et Gratiarum novam aram hoc ipso anno consecratam esse audimus; qui igitur hanc sedecim mulierum cura sine dubio dignam festis diebus sacris ornabat? „Gewiß hatte auch Pisatis", inquit Wenigerus[48]), „vor Zeiten Thyiaden. Denn Dionysosdienst

[48]) Klio V 1905 p. 32 adn. 2; cf. Kollegium der 16 Frauen p. 17: „Um so höher stieg dadurch — sedecim mulieribus res divinas rite perpetrantibus — das Ansehen des Dionysosdienstes in der Hauptstadt Elis." Aliter atque Weniger Busolt de hoc collegio iudicat l. s. s. I p. 237 adn. 2: „Die Zahl 16 ist offenbar nicht aus Verdoppelung (eleiisches und pisatisches Kollegium zu acht Mitgliedern) entstanden, sondern die ursprüngliche. Nach den Eoien b. Paus. VI 21, 10 hatte die Hippodameia sechzehn Freier." De procis ex Eoeis sumptis dubitare licet; cf. Pausaniae editionem Hitzig und Bluemner II 2, Lipsiae 1904 p.

hat dereinst im Pisatengau nicht minder geblüht, wie in Niederelis. Aber die Eleier haben ihn von dort losgelöst und in ihrer Hauptstadt konzentriert." Urbem autem iure quodam terrae Elidis caput dictam centum fere annis post synoecismo qui dicitur conditam esse Strabo testatur VIII 3, 2 p. 336: Ἦλις δὲ ἡ νῦν πόλις οὔπω ἔκτιστο καθ' Ὅμηρον, ἀλλ' ἡ χώρα κωμηδὸν ᾠκεῖτο . . . ὀψὲ δέ ποτε συνῆλθον εἰς τὴν νῦν πόλιν Ἦλιν, μετὰ τὰ Περσικά, ἐκ πολλῶν δήμων.[49]) Licet in vicum sub arcis monte Oxylidarum situm Elei transtulerint Bacchi cultum, cur ei ita facturi non in nova, sed in prisca dei sede illi et Gratiis aram dedicaverunt? Dixerit quispiam ex utraque civitate deos principes foedere illo icto novis debuisse aris honorari; sed quantum quidem collegii Olympici constituendi rationem quandam agnoscere possumus, di ab universis Graecis recepti coniuncti sunt cum aliis, quorum cultus sive ad regiones vicinas sive ad Olympiam ipsam pertinet,[50]) primam et principem

659; sed nihilominus antiquitus ut Hippodamiam ita has mulieres cum Olympia artissime fuisse coniunctas pro certo affirmari potest. Posterioribus temporibus Bacchum aliis dis in Pisatide plus valentibus regnum quasi cessisse et Elidem urbem principem sedem elegisse, ut Wenigerus vult, non nego; quid autem sedecim mulieres hac in re adiuverint, non liquet, neque, quo tempore hoc factum sit, constat. Post Elidem synoecismo auctam id accidisse probabilius mihi videtur; pagani Bacchum olim in Elide venerati sunt; nam Physcoa, Bacchi sponsa, et ea a sedecim mulierum collegio non aliena, in pago versata esse dicitur; cf. Paus. V 16, 6: τὴν Φυσκόαν δὲ εἶναι ταύτην φασὶν ἐκ τῆς Ἤλιδος τῆς κοίλης, τῷ δήμῳ δὲ ἔνθα ᾤκησεν ὄνομα [μὲν] Ὀρθίαν εἶναι.

[49]) cf. Busolt l. s. s. III p. 117 adn. 5, Curtius, O. Textband I p. 38 sqq., Hübner P. W. s. v. Elis p. 2393, p. 2432.

[50]) Hi di, quos indigetes appellare mihi liceat, sunt Saturnus et Rhea, de quibus supra dixi, Alpheus, quocum consociata est Diana, Ἀλφειαία Paus. VI 22, 10, Ἀλφειωνία, Ἀλφείουσα Strabo VIII 3, 12 p. 343, Ἀλφειώα Schol. Pind. Pyth. II 12, Nem. I 3, ποταμία Pind.

deorum et Eleorum et Pisaeorum sedem. Quinquaginta autem vel sexaginta annis post pacem inter Eleos et Pisaeos factam Pindarus natus est,[51]) illi igitur puero senes fidem adimere potuerunt ararum divino numine creatarum; vel Hercules a poeta lyrico conditor creditus multo antiquiores eas esse testatur. Neque de Jonici-Attici quod Petersenus dicit collegii primordiis, neque de Olympici certa exstant testimonia, tamen per se sine dubio probabilius est, antequam Atticis ubique receptis deis consentibus Juppiter et Juno, Apollo et Diana societatem initam adeo confirmassent, ut seiungi facile non possent, Olympiae Dianam cum Alpheo, Jovem cum Neptuno, cum Mercurio autem copulatum esse Apollinem.[52])

Pyth. II 12 dicta, quam Alphei ipsius similem fluminum lacuumque humidis terram alere creditam esse Stoll docuit R. L. I 1 p. 257, Bacchus denique et Gratiae. Has enim unius dei vice fungentes cum undecim singulis in unum ordinem esse receptas alio modo explicari non potest nisi antiquissimo in his ipsis regionibus florescente cultu, quo illae cum Baccho essent coniunctae; cuius rei testem praeter aram habemus carmen supra p. 22 scriptum. Ex ceteris ararum dominis Juno, Juppiter, Mercurius prius cum Olympia coniuncti esse videntur quam Minerva, Neptunus, Apollo; sed quando quibus de causis hoc deorum consentium collegium creatum sit, non liquet; senatus quasi populique Eleorum et Pisaeorum consulto anno 580 vel 572 id factum esse nego.

[51]) De anno, quo Pindarus natus sit, viri docti non magis consentiunt quam de pace inter Eleos et Pisaeos facta cf. adn. 47 p. 24; alii annum 518 a. Chr. n. dicunt, alii 522, Lipsius 526; cf. Christ-Schmid, Geschichte der Griechischen Litteratur I, München 1908 § 130 p. 217. Ego hac in re Gasparium sequor, qui diem natalem poetae lyrici anno 522 attribuit, Essai de chronologie Pindarique, Bruxelles 1900 p. 15 sqq.

[52]) Quibus aliis locis Apollo et Mercurius communem habuerint cultum, videbis ex adnotatione editorum Allen et Sikes ad hymni versum 508. In hoc locorum catalogo cum enumeratus sit mons Cyllene, et ille cum mytho Homerico coniunctus, deest

Credemusne casu factum esse, ut haec fratrum coniunctio inter nullos alios duodecim deos consentes, quod sciam, occurreret nisi inter Olympicos? Nonne luce est clarius mythum, quem de illis propter boves raptas litigantibus et in gratiam reductis, de Mercurio duodecim dis plena luna apud Alpheum sacrificante poeta epicus rettulit, ad aram pertinere illis communem quae fuit inter sex sacras duodecim dis Olympicis? A Pylo Messeniaca haec omnia aliena, ad Olympiam ea aptissima sunt.

Neque quisquam comprobabit iure et antiquiore et meliore Mercurio antecedere Herculem, quem post Molionidas devictos una cum sacris ludos in honorem deorum condidisse Pindarus, Herodorus, Apollodorus consentiunt.[53]) Quam fabulam a prisca Olympia prorsus alienam post ludos diutius institutos eo demum tempore ortam esse apparet, quo ex tota Peloponneso Dores, Herculis herois cultores[54]), certaminibus interesse solerent iam florescentibus.[55])

Thessalia, ubi Gruppe hanc fabulam ortam esse dicit l. s. s. II p. 1327, I p. 119; cf. Immerwahr, Kulte und Mythen Arkadiens, Leipzig 1891 p. 83 sqq.

[53]) cf. adn. 39 p. 21. De Molionidarum fabula disputavit Schultz, Die Aktorionensage in ihrer Verflechtung mit anderen Sagen dargestellt, Programm Hirschberg 1881.

[54]) De Hercule, heroe Doriensi, cf. Ed. Meyer l. s. s. II § 166 p. 255 sqq., Wilamowitz, Euripides Herakles², Berlin 1909 p. 19 sqq., Beloch, Griechische Geschichte² I 2, Straßburg 1913 p. 78 sqq.; cuius librum recensuit Lenschau B. ph. W. 6, 1914 p. 179.

[55]) Olympia omnium Peloponnesiacorum oculos et animos in se convertere coepisse videntur Lacedaemoniorum in Elide confirmata auctoritate, quod post primum bellum Messeniacum finitum factum esse ex victorum catalogis Wilamowitzius Ph. U. VII 1884 p. 284 et Eduardus Meyer l. s. s. II § 247 A p. 373, Forschungen zur alten Geschichte I, Halle 1892 p. 281 coniecerunt. Alii viri docti octavi et septimi saeculi catalogis fidem non tribuunt cf. Busolt

Contra mythus Homericus vetustatis speciem prae se fert; illius auctores non immemores fuisse videntur priscae illius Olympiae, de qua Curtius dicit: „Wir können uns Olympia jetzt in einem älteren Zustande veranschaulichen, als es die Alten selbst kannten, ein Olympia ohne Tempel, ohne Statuen, ohne Nationalfest, ohne hellenische Kunst, als einen Hain mit Altären.“[56])

Herculem autem, Doriensem heroem invictum, Mercurium, sex ararum conditorem, Olympia paulatim summovisse mirum non est; quo facto boum receptaculum modo simpliciter Pylium antrum dictum, velut apud Apollodorum, modo positum esse videtur prope Pylum Messeniacam, ubi spelunca erat Nelei et Nestoris bubus in historia fabulari non ignota,[57]) quam Antoninus Liberalis Mercurii attribuit praedae. Ara autem fratribus sacra Olympiae remansit usque ad Pausaniae tempora, qui inter undeseptuaginta alias a sacerdotibus singulis mensibus sacris ornatas[58]) etiam hanc enumerat, V 14, 8:

---

l. s. s. I § 12 p. 586, Beloch l. s. s. I 1 p. 23/24, I 2 § 57 p. 148 sqq., Koerte, Entstehung der Olympionikenliste H. XXXIX 1904 p. 224 sqq.

[56]) Die Altäre von Olympia, Gesammelte Abhandlungen, Berlin 1894 II p. 49.

[57]) cf. Paus. IV 36, 2, Hitzig und Bluemner II 1, Leipzig 1901 p. 192. Mercurii antrum Olympiae adhuc non repertum esse ex permutationibus facile intellegitur terrae labibus motibusque vehementibus effectis; cf. Friedrich Adler, Geschichte des Untergangs der Baudenkmäler von Olympia, Textband I p. 91 sqq.

[58]) Commentationibus allatis a Pausaniae editoribus Hitzig et Bluemner II 1 p. 364 addendae sunt Wenigeri praeter supra scriptas hae dissertationes: Das Hochfest des Zeus in Olympia I, Klio IV 1904 p. 125 sqq., Die monatliche Opferung in Olympia, Klio IX 1909 p. 291 sqq., Der Hochaltar des Zeus in Olympia J. J. 1913 p. 241 sqq. Praeter hanc fratrum aram Pausanias commemorat Gratiarum et Bacchi, Alphei et Dianae; in loco

μετὰ δὲ τοῦτον (Junonis Olympicae) Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ βωμός ἐστιν ἐν κοινῷ, διότι Ἑρμῆν λύρας, Ἀπόλλωνα δὲ εὑρέτην εἶναι κιθάρας Ἑλλήνων ἐστὶν ἐς αὐτοὺς λόγος. Quam Wernicke[59]) Pausaniae testimonio neglecto antiquis palaestrae deis sacram fuisse dicit. Uter autem a veritate propius absit, dubito. Mercurius enim Ἐναγώνιος, ut par erat, suam habebat aram ad stadii introitum, sicut Neptunus Ἵππιος, Juno Ἱππία, Castores, Mars Ἵππιος, Minerva Ἱππία vel in hippodromo[60]) vel in loco ei propinquo. Neque illum secuti intellegimus, quare Mars inter duodecim deos desit, quem Apollinem pugilatu ut Mercurium cursu primis iisdem ludis vicisse ea quam vir doctus testem producit fabula narrat; Paus. V 7, 10: νικῆσαι δὲ ἄλλοι τε λέγονται, καὶ ὅτι Ἀπόλλων παραδράμοι μὲν ἐρίζοντα Ἑρμῆν, κρατῆσαι δὲ Ἄρεως πυγμῇ· Pausaniae autem

---

autem lacuna deformato V. 14,4 multi viri docti memoriam ararum Saturni et Rheae, Jovis et Neptuni, Junonis et Minervae intercidisse putant, quorum de coniecturis vide editorum apparatum criticum. Ceterum facile fieri potuit, ut sex ararum conexus novis additis templisque exstructis procedente tempore perturbaretur.

[59]) Olympische Beiträge I A. J. IX 1894 p. 96.

[60]) Quemadmodum Pausanias singulis in describendis locum respexerit, non liquet; hac autem de re dubium esse non potest cf. V 14, 9: τῆς ἐσόδου δὲ τῆς ἐς τὸ στάδιόν εἰσιν ἐγγύτατα βωμοὶ δύο· τὸν μὲν αὐτῶν Ἑρμοῦ καλοῦσιν Ἐναγωνίου, τὸν δὲ ἕτερον Καιροῦ . . . V 15, 5: ἐν δὲ τῶν ἵππων τῇ ἀφέσει, ἐν μὲν τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἀφέσεως κατὰ μέσον που μάλιστα Ποσειδῶνος Ἱππίου καὶ Ἥρας εἰσὶν Ἱππίας βωμοί, πρὸς δὲ τῷ κίονι Διοσκούρων. τῆς δὲ πρὸς τὸν ἔμβολον καλούμενον ἐσόδου τῇ μὲν Ἄρεως Ἱππίου, τῇ δὲ Ἀθηνᾶς Ἱππίας βωμός. Mercurii et Apollinis viri docti suspicantur non longe afuisse a Junonis Olympicae ara, cuius fundamenta ante deae templum, longe igitur a palaestra remota, Doerpfeld et Furtwaengler reperisse sibi videntur O. Textband I p. 83, II p. 163, IV p. 4 sqq. Weniger J. J. 1913 p. 241 sqq., quamquam hac de re aliter iudicat, tamen, quod ad fratrum aram attinet, cum ceteris consentit viris doctis: Klio IX 1909 p. 291 sqq.

explicatio, quamquam quodam modo conexum cum lyrae inventione servavit, rectene se habeat, ea de causa dubito, quod hymni argumentum imprimis ad Apollinem et Mercurium θεοὺς Νομίους spectat. Mercurius universis a Graecis dicitur natus in Arcadia, regione montuosa, pecoribus divite;[61]) populos finitimos, et eos pastores, illius cultum libenter recepisse et Olympiae gregum et armentorum custodem antiquitus invocasse facile intellegitur.[62]) Apollinis religione per Graeciam pervulganda Dores ex septemtrionalibus regionibus in Peloponnesum migrantes, quamvis primo huic deo inimici, tamen paulatim cum illo consociati primas partes egisse videntur;[63]) in Pieria sub monte Olympo poeta epicus narrat deorum gregem Phoebum pavisse. Fortasse ille sub monte Olympo in Elide domicilium suum collocaturus alium invenit deum sui similem,[64]) tam potentem, ut summoveri non posset;

61) cf. Preller-Robert l. s. s. p. 385 sqq., Immerwahr l. s. s. p. 83 sqq., Scheffler l. s. s. p. 1. sqq., Ed. Meyer G. A. II § 69 p. 107, supra adn. 17 p. 11.

62) cf. Immerwahr p. 88, de Eleis, pastorio populo, Ed. Meyer l. s. s. II § 186 p. 286.

63) Wernicke P. W. s. v. Apollon p. 6 demonstravit: „Wahrscheinlich brachten die Dorer nach ihren neuen peloponnesischen Sitzen bereits den Namen mit, der in Zukunft an ihrem Gotte als Eigenname haften sollte, Apollon. Wo der Name hergekommen, wissen wir nicht; es wird auch schwerlich jemals nachgewiesen werden. Wir wissen aber durch inschriftliche Zeugnisse, daß sowohl Karneios, wie Maleatas, wie Delphinios ursprünglich selbständige Namen waren, die erst später als Beinamen zu dem Gesamtnamen A. traten; von Lykeios beweist dasselbe die verschiedene Identificierung mit Zeus oder A. Dafür aber, daß Karneios und Maleatas zu A. Karneios, A. Maleatas u. s. w. wurden, ist ein anderer Anlaß als die dorische Invasion kaum denkbar; die homerische Dichtung nennt den Gott bereits A.“ Cf. Sam Wide, Lakonische Kulte, Leipzig 1893 p. 84 sqq. Itaque vel nomen Apollo ad deum pertinet, ut ita dicam, Olympiae novensilem. De ratione, quae inter Apollinis

qui igitur brevi certamine finito Phoebi frater et Jovis filius dictus et inter duodecim summos deos receptus est, cuius certaminis pacisque monumentum et communis ara erat et hymnus in Mercurium Homericus.

Utcumque haec res se habet — mythi enim origo altius repetenda est, quam ut certiora exquirere liceat — ille conexus, qui sine dubio inter hymnum intercedit et aras Olympicas, docet Mercurii sacrificium apud Alpheum factum minime ut spurium et ab interpolatore quodam additum reiciendum esse; immo vero fundamentum quasi totius mythi in eo contineri ex iis, quae supra disputavi, perspicuum est. Utrum lyra a Mercurio inventa inde a primo initio in hoc mytho pacis dicta sit instrumentum necne, diiudicari nequit; hymni autem auctor hanc narrationem cum illa de boum raptu coniunctam quin acceperit, nulla dubito.

De hymni Homerici origine et integritate.

De integritate igitur et unitate carminis epici oritur quaestio, quam post Ruhnkenii, Groddeckii, Godofredi Hermanni tempora oblivione aliquamdiu obrutam in lucem nuper revocavit Seeckius[65]) eumque secutus Robertus. Qui in ea de qua supra dixi disputatione[66]) antiquius quod fuerit de bubus abactis carmen secernere posse

religionem et irruptionem Doriensem intercedat, confer praeterea Preller-Robert p. 247, Wilamowitz, Euripides Herakles², Berl. 1909 p. 14 adn. 29, Ph. U. I 1880 p. 6 adn. 6.

64) Ed. Meyer l. s. s. II p. 107 § 67 Mercurium scite appellat „den vielleicht älteren Doppelgänger des Apollo". Wilamowitz l. s. s. p. 17, Boetticher, Olympia, Berlin 1886 p. 84, alii Dores illos, qui Elidem armis possiderent, a ceteris separatos angustas fauces inter Rhia promontoria transisse suspicantur, quod veri non est dissimile.

65) Die Quellen der Odyssee, Berlin 1887 p. 380 sqq.

66) H. XLI 1906 p. 389 sqq.

sibi videtur ab altero de cithara a Mercurio iuvene inventa; cum hisce postremo in unum corpus confusa esse reliqua a compilatore quodam, diligenti religionum cultore, cui portenta et sacrificia praeter cetera cordi fuissent. Certis indiciis facile a ceteris priscum distingui poetam, quippe qui lepide et venuste Maeonium vatem imitatus esset, cum recentiores partes abundarent versibus ineptissime ex Homericis conflatis. Quam infirmum haec ratio artis criticae praeberet fundamentum, demonstraverunt Ludwich et Kuiper,[67]) quos recte iudicasse facile tibi persuadebis, cum editionibus perlustratis et commentationibus inter quingentos octoginta hymni versus non nimis multos invenies, qui boni utrum sint an mali, sintne reiciendi necne, omnes ad unum viri docti consentiant. Alia, quibus vir doctissimus nititur argumentis, temporum dico et locorum discrepantias, iam Seeckium commoverant, ut hymnum interpolatum et retractatum diceret. Quamquam huic iam Ludwich, Kuiper illi luculentissimis allatis argumentis oblocutus est, tamen operae pretium esse mihi videtur iterum priscum quod Robertus dicit carmen diligentius examinare. Nam postquam ille, qua est sagacitate, totum hymnum ita excussit, ut quae de Seeckio Kuiper dicit, iusto iure ad eum pertinere censeas l. s. s. p. 7: „In vitiis erroribus omissionibus repugnantiis indagandis ita egit cum hymni poeta, ut fere dubites ullusne poeta sive antiquus sive recentior, ad hoc tribunal citatus, absolvatur, aut ipse sibi non conglutinatus ex diversis hominibus videri possit,“ sperandum est miseras illas quas veteri auctori vir doctus attribuit reliquias[68]) ab omnibus et temporum et locorum discrepantiis fore liberas.

---

[67]) Homerischer Hymnenbau, Leipzig 1908 p. 23 sqq., Mnemosyne 38, 1910 p. 3, p. 16 sqq., infra adn. 71 p. 36 sqq.

[68]) Has reliquias typis expressas notulisque illustratas publici iuris fecit H. van Herwerden sub titulo „Forma anti-

Videamus primum de tempore. Mercurium circiter meridiem a monte Cyllene profectum solis occasu in Pieriam pervenisse Roberto ideo suspectum est, quod longam viam tam brevi tempore deus confecisset, quare totum diem illum sumpsisse veri vir doctus putat similius p. 402: „Da die Erfindung der Leier wegfällt, würde Hermes für den Weg von der Kyllene nach Pierien einen ganzen Tag gebraucht haben, vorausgesetzt, daß er auch nach der Vorstellung des alten Hymnos am frühen Morgen aufgebrochen ist, was freilich nirgends gesagt wird.“ Occasu autem solis quin deus boves ex Pieria abegerit, ille non dubitat; versus 68, 69, 197 in priscum carmen recepit. Quando parvulus gregem praeter Onchestum duxerit, poeta quidem non dicit, tamen ante mediam noctem hoc vix fieri potuit, sive totum diem totum spatium ad emetiendum illi concedimus, sive dimidiam partem. Onchestium igitur senem multo post solis occasum, media fere nocte, vites colentem offendit. Ille ipse autem ab Apolline interrogatus, pastoremne cum boum grege praetereuntem vidisset, respondet v. 206:

αὐτὰρ ἐγὼ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
ἔσκαπτον περὶ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο·
παῖδα δ' ἔδοξα φέριστε, σαφὲς δ' οὐκ οἶδα, νοῆσαι,
ὅς τις ὁ παῖς ἅμα βουσὶν ἐϋκραίρῃσιν ὀπήδει.

His verbis si credimus, Mercurius aut occasu solis Onchestum pervenit aut antea, at certe non postea.[69]) Ne Robertus quidem negare potest hoc ipsum priscum poetam pecasse, non interpolatorem, quem tam acerbe vituperat p. 423: „Durch die Einführung des die

---

quissima hymni Homerici in Mercurium“ in Mnemosynes volumine 35, 1907 p. 181 sqq. Robertus ipse versuum numeros attulit l. s. s. p. 415.

[69]) Quomodo nodus solvendus sit, nescio, nam omnia uno die et una nocte facta esse poeta quin voluerit, dubium esse non

ganze Nacht dauernden Opfers schrumpft nun freilich der Weg von Pierien nach Pylos auf ein Minimum zusammen. Am Abend ist Hermes noch in Pierien, beim Anbruch der Nacht am Alpheios. Aber dergleichen merkt dieser Dichter nicht."

Pergamus ad discrepantias locorum. Prout in hymno Mercurii sedes designata est, diversam eam cum diversi poetae animo sibi finxissent, interpolationes manifestas Robertus deprehendisse sibi videtur p. 418: „So zeigt es sich, daß die drei verschiedenen Auffassungen von der Wohnung des Hermes, auf die wir schon ganz im Anfang unserer Betrachtung aufmerksam wurden, in der Tat drei Phasen in der Geschichte des Hymnos entsprechen. Im alten Hymnos neblige Höhle, in der ersten Erweiterung

---

potest, cf. v. 273 χθὲς γενόμην, v. 376 χθιζὸς γενόμην. Cuius neglegentiae aliam non invenio excusationem, nisi quod ille fortasse, ut erat indoctus et simplex, regionum et terrarum situm nisi fama cognitum cum non haberet, Onchestum prope a Pieria abesse, exiguum igitur temporis spatium intercedens inter boum raptum et Mercurii Onchestum adventum non multum valere censuit. Onchesto profectum deum usque ad Alpheum longiorem confecisse viam ille quodam modo animo sibi finxisse videtur v. 95:

πολλὰ δ' ὄρη σκιόεντα καὶ αὐλῶνας κελαδεινοὺς
καὶ πεδί' ἀνθεμόεντα διήλασε κύδιμος Ἑρμῆς.

In hac autem itinerum confusione versus 344 sqq., in quibus Kuiper p. 31 offendit, minus in censum veniunt. Poeta enim Apollinem coram Jove causam dicentem iure fecit primum delicti indicia, vestigia dico, quam accuratissime describentem, deinde testem quasi producentem colonum Onchestium; iter inde ab initio usque ad finem exponere in animo ille habuisse non videtur. Sed utcumque hac de re iudicas, ita ut Robertus vult ea explicari nequit, nam per totum carmen eadem est rerum geographicarum ignorantia, eadem temporum definiendorum incuria, qua de re vide Ludwichium p. 9 sqq., Kuiperum p. 9 sqq. Ceterum conferendae sunt eae quas Dopheide l. s. s. p. 1 adn. 1) nuper de poetarum et antiquorum et recentiorum inconstantiis et repugnantiis attulit disputationes.

ärmliches Haus, in der zweiten prächtiger Palast." Fieri enim non potuisse, ut unus idemque poeta Maiae domicilium modo fingeret speluncam incultam et desertam, modo domum locupletem et splendidam, vasis aeneis, vestimentis, famulis repletam p. 390: „Das sind handgreiflich zwei diametral entgegengesetzte Anschauungen. Hier der alte Naturmythos, der die Erdmutter in einsamer dunkler Höhle hausen läßt, dort die typische Vorstellung des ionischen Epos, das diese Höhle in einen reichen Palast wie der der Kirke verwandelt. Andere Ausdrücke scheinen ein Zwischenstadium anzudeuten oder lassen sich wenigstens so auffassen, 23 οὐδὸν ὑπερβαίνων ὑψηρεφέος ἄντροιο, 171 κατὰ δῶμα (ἄντρωι ἐν ἠερόεντι θαασσέμεν), 233 κατεβήσατο λάϊνον οὐδὸν ἄντρον ἐς ἠερόεν, 158 διὲκ προθύροιο, 271 διὰ προθύροιο[70]); eine mit einem Vorraum und Schwelle versehene Höhle, etwa wie die des Kyklopen, mehr braucht das nicht zu sein." Jam miramur πρόθυρον priscum poetam dixisse spatium ante Maiae antrum, quod θύραν habere Robertus negat; versum enim 26:

ἤ ῥά οἱ ἀντεβόλησεν ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσι,

utpote qui doceret Mercurium in aedibus habitare circumdatis cohorte, ut spurium ille expunxit p. 417, item versus 145/146, 247, quibus claustrum commemoratum est et clavis. Contra versus 271 viro docto ita placuit, ut compilatori illum exemplo fuisse diceret p. 421: „Ferner finden wir auch in dieser Partie die für diesen Verfasser charakteristische nicht immer geschickte Benutzung nicht nur von Homerversen,[71] . . . . . sondern

---

70) Hos versus vir doctus diversis distribuit poetis, prout de bubus abactis, de cithara inventa, de portentis et sacrificiis agitur.

71) Robertus p. 411 admonet: „Auf dieser ganzen Strecke von 253—402 findet sich keine Entlehnung aus Homer." Ex

auch von Versen des alten Hymnos: 271 f. παῖδα νέον γεγαῶτα διὰ προθύροιο περῆσαι βουσὶ μετ' ἀγραύλοισι der alte Hymnos vortrefflich, Λητοίδου ὑπὸ χερσὶ διὲκ προθύροιο περήσειν weniger gut der erste Erweiterer 158." Nostra admiratio augetur, cum percipiamus interpolatorem domum pauperem pauperioris ad exemplum speluncae prothyro exornasse. Quidnam hoc πρόθυρον est? „Ein Vorraum," inquit Robertus, „sicut ante Cyclopis antrum;" cohorte autem, qua ne Polyphemus quidem carebat, Maiam et Mercurium privavit.

Audiamus igitur prisci carminis Robertiani primam personam ipsam. Ab Apolline furti accusatus deus his verbis se defendit v. 269:

μή τις τοῦτο πύθοιτο πόθεν τόδε νεῖκος ἐτύχθη·
καί κεν δὴ μέγα θαῦμα μετ' ἀθανάτοισι γένοιτο
παῖδα νέον γεγαῶτα διὰ προθύροιο περῆσαι
βουσὶ μετ' ἀγραύλοισι· τὸ δ' ἀπρεπέως ἀγορεύεις.

Quo loco πρόθυρον certe non spatium vacuum esse, sed aliquid, quod infantem, quem in interioribus aedibus versari decet, a publico quodam modo secernat, nemo est, quin videat. Quod cum antrum per se non haberet, arte exstructum et a fabris aedificatum esse in promptu est. Ne in re satis certa longa sim, ex quo tempore antiquorum ruinae aedificiorum Tirynthe, Mycenis, Troiae, alibi

Homericis autem hi ipsi versus consuti sunt, eadem enim verba iisdem versuum locis inveniuntur:
v. 270: κεν δὴ E 898, υ 222, μέγα θαῦμα τ 36, μετ' ἀθανάτοισιν Σ 366.
v. 271: παῖδα νέον γεγαῶτα τ 400, διὰ προθύροιο (διὲκ προθύροιο) σ 386. Contra illius sententiam praeterea pugnat versus 317:

αὐτὰρ ὁ τέχνῃσίν τε καὶ αἱμυλίοισι λόγοισιν

Nam verba αἱμυλίοισι λόγοισιν ex Odysseae versu α 56:

αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι

non sumpta esse vix possunt, utpote quae hoc uno loco Homerico occurrant et comprobent hymni auctorem eundem versum atque nos vel in suo exemplo Homerico legisse vel ab aliis audivisse. Ad Hesiodi enim Theogoniam v. 890 quominus

effossae sunt, viri docti fere consentiunt πρόθυρον esse sive porticum ante portam domus — μεγάρου —, id est locus parte ad aulam versa aperta, munitus tecto columnis pilisve suspenso, qui item αἴθουσα vel πρόδομος appellatur, sive aulae portam simili porticu utraque parte instructam.[72]) Boves autem domum intrare quoniam non

---

ea revocemus, positio obstat verborum:

αἱμυλίοισι λόγοισιν ἑὴν ἐσκάτθετο νηδύν.

[72]) Iam Rumpfius, De aedibus Homericis, Gießen 1844 p. 10 quam plurimis examinatis locis Homericis de vocis πρόθυρον significatione docuit: „Transitus a via ad aulae locum vacuum, ab aula ad domum πρόθυρον nominatur, non solus locus vacuus ante ipsum introitum" collatis Pindari versibus Ol. VI 1: χρυσέας ὑποστάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου κίονας. Türweg, Torweg Germanice ille vertit. Cuius sententia in eo sine dubio recte se habet, quod hac voce domus quaedam pars significatur cohaerens cum porta „θύρᾳ", qua antrum carere solet. Si autem rationem quandam intercedere putabimus inter aedes, ut ita dicam, Mycenaeas et Homericas, inveniemus a Schaperi definitione „ὃ πρὸ τῆς θύρας ἐστίν" profecti (K. Z. 22, 1874 p. 509) ante portam et domus et aulae — μεγάρου et αὐλῆς — porticus supra descriptas, ex quibus „portae aedificium", ut ita dicam, vel πρόθυρα vel πρόθυρον, totum igitur ex parte nominatum esse facile intellegitur. Telemachus et Pisistratus δ 20 una cum curru et equis ἐν προθύροισιν constitisse dicuntur, id est in parvo hoc aedificio, cuius medio parieti fores erant insertae; α 103 sqq. hae fores a porticibus, θύραι a προθύροισιν, plane distinguuntur. cf. Iwan Mueller, Griechische Privataltertümer, München 1893 p. 21 sqq., Noack, Homerische Paläste, Leipzig 1903 adn. 57 ad p. 53, p. 69, Doerpfeld-Schliemann, Tiryns, Leipzig 1886 p. 225, 227, Pernice apud Gercke-Norden, Einleitung in die Altertumswissenschaft II, Berlin 1912 p. 19 sqq. Doerpfeldius solam hanc aulae portam (l. s. s. p. 225, 227, 236 sqq., 254), ceteri plerique viri docti et hanc et porticum ante μέγαρον plerumque αἴθουσα vel πρόδομος appellatam πρόθυρον dicunt.

Hanc autem aedium exstruendarum rationem Graecos usque ad sextum et quintum a. Chr. n. saeculum vix permutatam retinuisse vasorum picturis quae aetatem tulerunt examinatis

solent, Mercurium cohortis portam dixisse suspicor. Quae porta satis magnifica, duabus exornata porticibus ab antro caliginoso et obscuro magis sine dubio abhorret quam a domo locupleti, porta et claustro munita, cohorte cincta, vasis, cortinis, auro, argento divite. An quis est, cui versum 384 legenti:

οὐ μὰ τάδ' ἀθανάτων εὐκόσμητα προθύραια

non persuasum sit deos poetam voluisse portas habere splendidiores quidem, eodem tamen modo exstructas atque Mercurii? Ille poeta, cui versus 270 et 271 debemus aut vocem πρόθυρον temere ex Homericis sumpsit carminibus illius notionis prorsus immemor, — sed id ipsum priscum poetam fecisse Robertus negat, neque, si ita fecit, ex illius verbis quomodo ille dei sedem animo sibi finxerit, perspicuum est — aut similem porticum et similem portam Maiae attribuit atque huic auctor versus 158 διὲκ προθύροιο, versus 384 εὐκόσμητα προθύραια deis. Quos auctores a prisco illo diversos fuisse Robertum comprobasse nego.

De Mercurii antro Cyllenio.

Dixerit quispiam: „Cur hymni poeta, si domum in animo habebat, dei sedem antrum appellavit?" Ad hanc quaestionem Robertus ipse scite respondit p. 418: „Selbstverständlich konnte der Begriff der Höhle als

---

Perniceus l. s. s. p. 20 sqq. dilucide demonstravit. Posterioribus temporibus prothyra Graeca Romanorum vestibulorum similia fuisse Vitruvius memoriae prodidit VI 10, 5: „Item prothyra Graece dicuntur quae sunt ante ianuas vestibula," quae tecto et muris ex tribus partibus instructa, ex quarta ad plateam versa aperta fuisse Wiegand, Priene, Berlin 1904 p. 285 sqq., Marquardt, Privatleben der Römer I², Leipzig 1886 p. 224 demonstraverunt. Itaque vocem πρόθυρον umquam αὐλήν ipsam significasse, ut Lange docuit, Haus und Halle, Leipzig 1885 p. 34 nego; nam inter aulam et domus portam porticus intererat; quo iure Robertus quodlibet spatium vacuum voce πρόθυρον designaverit, nescio.

Geburtsstätte des Hermes wenigstens im Princip niemals ganz aufgegeben werden:" Res sine dubio ita se habebat: Mercurius in Cyllenio antro natus Graecorum e memoria removeri non potuit; Κυλλήνιος ille est iam in carminibus Homericis (ω 1). Montem ipsum Atlantem, cum deorum crederetur ferre sedem, olim appellatum ex dei antro natalicio postea nomen duxisse historiae fabularis interpretes docent;[73]) si recte illi iudicaverunt, antrum in hoc monte Mercurio sacrum inde ab eodem tempore apud universos Graecos notum erat sanctumque habitum, quo illi nominibus Κυλλήνη et Κυλλήνιος ipsis utebantur. Antrum anno 1871 a Graecis repertum est, quod Scheffler[74]) Hirschfeldium secutus Mercurio attribuit; tres enim antri partes τρεῖς fuisse hymni Homerici ἀδύτους v. 247, aditum in primam declivem ad versum 233 quadrare: κατεβήσατο λάϊνον οὐδόν, in prima et altera parte multa vasa et opera figulina fuisse dedicata, de quibus nos nihil certius scire dolemus, praesertim cum nonnulla rudissime confecta teste Schefflero veterrimum loci sacri usum indicarent. Titulos ex saeculis fortasse IV. et III. ex parte repetendos antiquum Mercurii cultum pro certo non comprobare Hiller de Gaertringen demonstravit;[75]) nihilominus hoc antrum celebre illud et iam hymni poetae

[73]) cf. Wilamowitz, Euripides Herakles², Berlin 1909 p. 305, Wernicke P. W. s. v. Atlas p. 2127, Ludolf Malten, Kyrene Ph. U. XX 1911 p. 117 adn. 2, Hiller de Gaertringen J. G. V 2, 1913 p. 82.

[74]) De Mercurio puero, Königsberg 1884 p. 1 sqq. Acta diurna Παλιγγενεσία dicta, quibus prid. Kal. Sept. 1871 antrum descriptum est, mihi non praesto erant (cf. Gaertringen l. s. s. p. 82); Hirschfeldius breviter de eo rettulit A. Z. 1874 p. 117. Plura invenies apud Gaertringen et Lattermann, Arkadische Forschungen A. A. W. 1911, Anhang p. 10, Deutsche Literaturzeitung 1911 p. 1139, Malten l. s. s.

[75]) J. G. V 2 p. 84 et in illis disputationibus, de quibus supra commemoravi.

temporibus huic deo dedicatum fuisse a probabilitate minime abhorret. Non quod Scheffler mihi persuaserit carminis epici auctorem id ipsum oculis suis vidisse, sed in vero quodam Cyllenio antro omnium sermone celebrato Mercurium natum esse et habitare ille sine dubio credidit, sive illud, de quo supra dixi, in animo habebat, sive non. Quis vituperare illum audet, quod hanc dei sedem domum et templum appellavit (cf. adn. 79) iisdemque rebus instructam depinxit, quibus ceterorum deorum domus, templa dico, erant locupletatae? Cognitumne habuerit praeter specum priscum illud templum, quod sua iam aetate deiectum et prostratum verticem exornasse Pausanias narravit,[76]) in medio relinquo; neque hoc templo carminis epici verba ad explicanda nobis opus est; iis, quae Ludwichius l. s. s. p. 7 sqq. hac de re egregie exposuit, pauca addere mihi liceat.

Suarum ad exemplum domorum homines antiquitus dis aedificabant, in quibus illi habitarent, templa, manibus sepulcra[77]); cavernas lacunasque terrae, ubi deos inferos versari credebant, eadem voce μέγαρον Graeci designabant, qua et suas habitationes et certas templorum partes.[78]) Numen divinum praesens adesse creditum ut ex aedificiis ab hominibus exstructis ita ex quolibet vel terrae hiatu vel antro locum faciebat religiosum. Si opus erat, hic locus pro templo habitus templorum modo

---

[76]) Paus. VIII 17,1, Hitzig und Bluemner III 1 p. 169, Kroll P. W. s. v. Hermes p. 743.

[77]) cf. Lyciorum sepulcra, Springer-Michaelis, Handbuch der Kunstgeschichte[9], Leipzig 1911 p. 75; sepulcra Mycenaea antiquissimam domus formam rotundam servasse inter omnes constat; cf. Bulle, Orchomenos, München 1907 p. 4 sqq., Noack, Ovalhaus und Palast in Kreta, Leipzig und Berlin 1908 p. 64.

[78]) cf. Lobeck, Aglaophamus, Königsberg 1829, II p. 830, Schoemann-Lipsius, Griechische Altertümer II[4], Berlin 1902 p. 212, Ludwich l. s. s. p. 8 adn. 1.

tecto munitus atque περιβόλῳ est amplificatus, ut δρακοντοσπηλιά quae vocatur caverna Delia.[79]) Nonnumquam autem natura ipsa tectum praebuerat locumque cum specu coniunctum, qui περιβόλου vice quodam modo fungi posset: Idaea Jovis caverna natalicia non hominum manibus facta simili modo atque templa erat exornata. Qua collata nemo non intellegit, quare v. 148 ἄντρου . . . . . . πίονα νηόν Mercurii speluncam poeta dixerit; non enim dubitabat, quin illa esset referta donis, quae qui adorabant eiusmodi locis dedicabant v. 61:

τρίποδας . . . . . ἐπηετανούς τε λέβητας

v. 249: πολλὸς δὲ χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἔνδον ἔκειτο.

Ante Idaeum antrum donaria ex aere, auro, argento facta, inter alia cortinae, paterae, tripodes erant collocata, quorum fragmenta nunc effossa sunt.[80]) Templa autem caver-

---

[79]) cf. Lebègue, Recherches sur Délos, Paris 1876 p. 49 sqq., Jebb, Delos J. H. St. I 1880 p. 39 sqq. Cum hoc comparari quodam modo potest antrum Praenestinum Fortunae sacrum, in verum templum permutatum, „ein Felsenhaus“ Richard Delbrück id dicit, Hellenistische Bauten in Latium, I Straßburg 1907 p. 66 (cf. p. 47 sqq., II Straßburg 1912 p. 1 sqq. Ta. I.) Delium antrum Lebègue modo „grotte“ vel „caverne“ appellat, modo „temple“. Mercurii autem caverna non modo antrum erat et templum propter deum ibidem natum, sed etiam domus, nam Maia et Mercurius suum domicilium in ea collocaverant.

[80]) cf. Fabricium, Die Idaeische Zeusgrotte A. M. X 1885 p. 62/63, p. 67 sqq. Halbherr et Orsi, Scavi e trovamenti nell' antro di Zeus sul monte Ida in Creta, Museo Italiano di antichità classica 1888, II 3 p. 725 sqq. λέβητας accurate descripserunt, p. 737 sqq. τριπόδων reliquias, p. 749 sqq. pauca illa ornamenta aurea, quae a furibus servata sunt. In Dictaea Jovis caverna ἀναθήματα collocata erant et aenea sicut in antro Idaeo et fictilia sicut in Cyllenio; cf. Hogarth, The Dictaean Cave, Annual of the British School at Athens VI 1899—1900 p 101 sqq. Ex eo, quod donaria ex aere, auro, argento facta in monte Cyllene non reperta sunt, concludere certe non licet ea ibidem numquam exstitisse.

nosa, ut ita dicam, donariis repleta sicut ea, quae tignis adhibitis lapidibusque erant aedificata, famulis carere non potuisse poeta recte reputasse mihi videtur v. 60: ἀμφιπόλους τε γέραιρε . . . Prope Idaeum antrum fundamenta aedificii cuiusdam exstant, ubi imperatorum Romanorum aetate custodes habitasse Fabricius credit (l. s. s. p. 62); prioresne custodes levibus fuerint contenti tabernaculis, quae nulla reliquerint vestigia, nescimus; sed cur hymni Homerici ἀμφιπόλους interpolatori tribuamus, causa profecto non est. Famulos autem donaria magni pretii non latronibus permisisse diripienda, sed aream circum antrum cancellis saepiendam prothyroque occludendam curavisse per se satis probabile est; cohortis portae (v. 26, 158, 271) minime sunt reiciendae. Neque fidem hymni auctori ideo iure quisquam abrogat, quod Maiae vestimenta dedit splendida, deorum cibum et potionem, domus portam claustro munitam Apollinemque induxit clave adyta recludentem (v. 145 sqq., 246 sqq.); nam matris res domesticas tam humanas ille sibi finxit quam Mercurii filii rationes moresque, qui nimis nonnumquam diligenter homines imitatus est.

Indoctus enim carminis epici auctor fuit rudisque, a Musis nonnumquam desertus, regionum et terrarum situs ignarus, temporum rationis habendae parum studiosus; sed nihilominus ille notiones verborum, quibus dei domicilium designavit, non inepte nec inlepide inter se distinxit et ad res, quas quoque loco depinxit, accomodavit. Ut enim nympham in antro habitare et cum Jove nuptias facere decet v. 6:

ἄντρον ἔσω ναίουσα παλίσκιον, ἔνθα Κρονίων
νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ μισγέσκετο νυκτὸς ἀμολγῷ,

ita eorum filium in cavernae opacae latebris nasci oportet v. 229: πέτρης εἰς κευθμῶνα βαθύσκιον, ἔνθα τε νύμφη
ἀμβροσίη ἐλόχευσε Διὸς παῖδα Κρονίωνος.

Mercurius fur, quamquam in speluncam se abdiderat tenebras nocturnas versus v. 358:

ἐν λίκνῳ κατέκειτο μελαίνῃ νυκτὶ ἐοικὼς
ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι κατὰ ζόφον, οὐδέ κεν αὐτὸν
αἰετὸς ὀξὺ λάων ἐσκέψατο· . . . .

tamen Phoebi acies aquilae oculo acrior eum vidit v. 233:

ἔνθα τότε σπεύδων κατεβήσατο λάϊνον οὐδὸν
ἄντρον ἐς ἠερόεν ἑκατηβόλος αὐτὸς Ἀπόλλων.

Suam matrisque fortunam conquestus Mercurius antrum nebulosum cum divitibus deorum sedibus comparat v. 170:

βέλτερον ἤματα πάντα μετ' ἀθανάτοις ὀαρίζειν
πλούσιον ἀφνειὸν πολυλήϊον ἢ κατὰ δῶμα
ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι θαασσέμεν· . . . .

Ubi vero cithara canens gentem divinam, patrem matremque celebravit, nimirum ex spelunca obscura templum dives fit v. 60:

ἀμφιπόλους τε γέραιρε καὶ ἀγλαὰ δώματα νύμφης,
καὶ τρίποδας κατὰ οἶκον ἐπηετανούς τε λέβητας,

et εὐώδεος ἐκ μεγάροιο v. 65 profectus deus artificium excogitavit, quo aliorum deorum in ordinem ut reciperetur, efficeret. Quo denique consilio poeta Apollinem omnes domus Maiae latebras perscrutari sumptuosissimeque eam invenire nectare et ambrosia, auro et argento, vestimentis puniceis et albis exornatam induxerit (cf. v. 246 sqq.), nonnullis Indagatorum fabulae versibus illustratur. Cyllene enim, ut satyrorum suspicionem ab alumno averteret, dixit col. XIV 11 v. 353:

[εἰ δὴ κλοπή τ]ίς ἐστι, τὸν κλέπτην σκόπει
[ἄπορον ἄ]καρπον·[81]) τοῦδε δ' οὐ πεινῇ δόμος.

---

[81]) ἄκαρπον Pearsonius falso in suspicionem vocat p. 211: „ἄκαρπον can hardly be the attribute of a person;" nam ut κάρπιμος, dives—cf. Aristoph. Equ. 326:

ἀμέλγει τῶν ξένων τοὺς καρπίμους —

ita ἄκαρπος, pauper ad homines pertinere potest. De Wilamo-

Haud scio, an Sophocli hymni locus placuerit; hic enim, ni fallor, poetam adduxit, ut ad domum divitem patrem adderet et avunculos integros, iocosos cum luderet versus 351/352:

[οὗτος γὰρ οὔτε] πρὸς πατρὸς κλέπτης ἔφυ
[οὔτ' αὖτις ἐν μ]ήτρωσιν ἡ κλοπὴ κρατεῖ.

II. Quibus singulis locis Sophocles carminis epici auctorem secutus sit.

De boum vestigiis.

Res fert, ut in Indagatoribus pauci exstent versus ad hymni ficti exemplum, quoniam ex iis fabulae satyricae partibus, quae ad carminis epici argumentum, citharam dico inventam, boves abactas, fratres reconciliatos spectant, unus ille locus integer servatus est, quo satyri boum vestigia animadvertunt miro modo perturbata esse et confusa col. V 6, v. 111:

ἔα μάλα.
παλινστραφῆ τοι ναὶ μὰ Δία τὰ βήματα.
εἰς τοὔμπαλιν δέδορκεν αὖ· τάδ' εἴσιδε. [82])
τί ἐστὶ τουτί; τίς ὁ τρόπος τοῦ τάγματος;
εἰς τοὐπίσω τὰ πρόσθεν ἤλλακται, τὰ δ' αὖ
ἐναντί' ἀλλήλοισι συμπ[επλεγ]μένα.
δεινὸς κυκησμὸς εἶχ[ε τὸν βοη]λάτην.

---

witzii emendatione πεινῇ cf. Hunt O. P. ad. h. l. p. 84. Cum Sophocle consentit Philostratus Imag. I 26,1: καὶ εἰδέναι τοῦτο οὔτι πω ταῦτα πενίᾳ δρῶν ὁ θεός· cf. Hunt l. s. s., Terzaghi, Introduzione p. 66.

[82]) In charta traditae sunt litterae: ειστόυμπαλινδεδορκεναῦταδ'εισιδε, quas Wilamowitz, Pearson p. 209, Diehl interpretantur:

εἰς τοὔμπαλιν δέδορκεν. αὐτὰ δ' εἴσιδε,

Hunt rectius: εἰς τοὔμπαλιν δέδορκεν αὖ· τάδ' εἴσιδε.

De Mercurii autem artificio, quod ita ea deformaverit, viri docti dissentiunt. Wilamowitzius p. 457 adn. 2 et Alfredus Koerte p. 559 coniecerunt Mercurium velut Cacum bestias aversas caudis in speluncam traxisse, contra quorum sententiam pugnat versus 116, nam si ita res se haberet, vestigia omnia in contrariam atque antea partem spectare, sed non inter se contraria atque innexa esse viderentur. Contra Robertus p. 545 poetam hymni versibus 75 sqq. quamvis contaminatis discrepantiisque laborantibus usum carminis epici descriptionem correxisse et emendasse censet, cum deum faceret boves tripertitas, alias dico retrogradas, alias prioribus ungulis intro, reliquas posterioribus extra versis in specum abigentem. Muenscherus denique p. 179 utrumque poetam

---

Sophocles enim similium adverbiorum cumulationem minime evitavit; πάλιν-rursus cum αὖ coniunctum est Trach. 1088, Pel. fragm. 447, 2/3 T. G. F. Nauck[2], Leipzig 1889; (cf. Vollgraff p. 84 ad Indagatorum versum col. IV 23, 102), cum αὖθις vel iteratam actionem ad indicandam — cf. O. C. 364, Phil. 341 — vel antiquissima significatione retro Trach. 342, Ai. 305, Phil. 127, 1232. Ad πάλιν-retro αὖθις et αὖ addita sunt Phil. 952:

ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον, αὖθις αὖ πάλιν
εἴσειμι πρὸς σὲ ψιλός, οὐκ ἔχων τροφήν.

O species saxi biforis, retro ad te et intro eo nudus ciboque carens. Cum hoc Philoctetae loco conferendus est versus O. C. 1418; cf Ellendt-Genthe, Lexicon Sophocleum[2], Berlin 1870 s. v. αὖ p. 102, s. v. πάλιν p. 595/596.

Ceterum adverbia similia inter se coniuncta etiam alibi in sermone Attico occurrunt velut παραχρῆμα τότ' εὐθύς, αὐτίκα παραχρῆμα, διὰ τέλους ἀεί, alia; cf. Naber, Observationes criticae ad Demosthenem, Mnemosyne 31, 1903 p. 305, Polak, Paralipomena Lysiaca, Mnemosyne 29, 1901 p. 428. Quae cum ita sint, chartae lectio non reicienda est, neque Muenscheri sententiam probo censentis scribendum esse p. 178:

εἰς τοὔμπαλιν δέδορκεν· αὖ τάδ' εἴσιδε.

Particulae enim αὖ primo enuntiati loco positae alterum apud Sophoclem non invenio exemplum.

dicit memoriae prodidisse duo eademque Mercurii artificia, quae tamen quomodo intellegenda sint, accuratius explicare ille supersedet.

Interpretum iudiciis adeo discrepantibus e re erit, priusquam ad fabulam Sophocleam accedamus, hymni illos versus, quos Sophocli exemplo fuisse Robertus et Muenscherus consentiunt, diligentius examinare.

In editionibus legimus v. 75 sqq.:

πλανοδίας δ' ἤλαυνε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον
ἴχνι' ἀποστρέψας· δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης,
ἀντία ποιήσας ὁπλάς, τὰς πρόσθεν ὄπισθεν,
τὰς δ' ὄπιθεν πρόσθεν, κατὰ δ' ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινε.

Codices autem omnes v. 76 exhibent ἴχνη ἀποστρέψας, quam lectionem Ilgenius, utpote quae contra Jonismi leges pugnaret, correxit in ἴχνε' ἀποστρέψας — quamquam exitum contractum in ὄρη σκιόεντα v. 95 metrum tuetur —, in ἴχνι' ἀποστρέψας Hermannus eumque secuti ad unum omnes editores recentiores, qui quare librorum scriptura ferri non possit, non dicunt. A legibus metricis ea non magis abhorret quam versus 4, 7:

νύμφη ἐϋπλόκαμος Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα,
νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ μισγέσκετο νυκτὸς ἀμολγῷ,

alii, quibus vocalis longa ante vocalem correpta est. Num virorum doctorum coniectura meliorem praebet sensum? Interpretes explicant: „Boum vestigia Mercurius avertit"; sed bubus aliquid facit deus, non vestigiis; discrimen igitur intercedit inter hunc versum et 218, 220, alios a viris doctis collatos,[83]) quibus de vestigiis sermo est. Jam Welcker,[84]) quem Robertus testem producit, vidit hoc loco ἴχνη non vestigia esse sed

---

[83]) cf. Godofredum Hermannum ad hunc locum et Allenii apparatum criticum.

[84]) Griechische Götterlehre, Göttingen 1857 I p. 340.

pedes, quam significationem illustrant hi versus Euripidei ex Bacchis fabula sumpti v. 1133:

αἳ δ' ἠλάλαζον· ἔφερε δ' ἣ μὲν ὠλένην,
ἣ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις·[85]) . . . . .

Welckeri autem sententiam censentis priores boum pedes a Mercurio in posteriorum locum esse transpositos non probo, nam neque hoc dolo adhibito Phoebo in decipiendo quicquam profecisset callidus deus, neque poetae verba ita interpretari licet: ἴχνη ἀποστρέψας nihil aliud sibi vult nisi „pedes retro flectens, retro torquens", ut ex exemplis infra subiectis perspicuum est.[86])

Quibus cognitis hymni locum hunc fere sensum habere mihi concedes: Itinerum erroribus[87]) deus vaccas

---

[85]) ἀρβύλη est calceamentum, quod sura tenus pedem tegit; cf. Mau P. W. s. v. p. 425; de voce ἴχνος vide app. I p. 93.

[86]) ἀποστρέφειν retro torquere χ 172 (190):

σφῶϊ δ' ἀποστρέψαντε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
ἐς θάλαμον βαλέειν . . . .

Oed. Tyr. 1154: οὐχ ὡς τάχος τις τοῦδ' ἀποστρέψει χέρας; cf. praeterea Aristoph. Lysistr. 455, Equ. 263, Theogn. 858:

τῶν δὲ φίλων εἰ μέν τις ὁρᾷ μέ τι δεινὸν ἔχοντα
αὐχέν' ἀποστρέψας οὐδ' ἐσορᾶν ἐθέλει.

Herod. IV 188: θυσίαι δὲ τοῖσι νομάσι εἰσὶ αἵδε· ἐπεὰν τοῦ ὠτὸς ἀπάρξωνται τοῦ κτήνεος, ῥιπτέουσι ὑπὲρ τὸν δόμον, τοῦτο δὲ ποιήσαντες ἀποστρέφουσι τὸν αὐχένα αὐτοῦ· Errant, qui censeant minus crudeliter Mercurium in boves saeviturum fuisse, si retrogradas illas per totam Graeciam egisset; retro enim ad incedendum homo solus singulari membrorum totiusque corporis et conformatione et figura praeditus idoneus est. Contra quadrupedes hoc modo ingressi maximos subeunt et labores et dolores, cf. Immanuel Munk, Physiologie des Menschen und der Säugetiere[5], Berlin 1899 p. 378 sqq. Non igitur sine causa Vergilius Aen. VIII 190 sqq. Cacum induxit, gigantem robore excellentem, vi usum octo boves aversos per modicum spatium in suum antrum trahentem. Latinus auctor, si hymni poetam imitatus est, illi debet vestigia retro versa; abigendi autem rationem ad diversas rerum condiciones ipse sine dubio accommodavit.

egit per arenosum locum earum pedes retro flectens, callidi artificii non oblitus, contrarias — id est atque antea fuerant — faciens ungulas, priores posteriores, posteriores autem priores; ipse retroversus incessit.

---

[87]) Utrum πλανοδίας nomen sit an adiectivum ad βοῦς ἐριμύκους pertinens, adhuc sub iudice lis est; plerique viri docti interpretantur: „Boves egit itinere incertas, vagas". Quam sententiam recte se habere mihi persuadere non possum. Neque maiorem fidem Ludwichii explicationi nimis arcessitae et coactae tribuo censentis hoc translate dictum esse de bubus illegitima abactis via l. s. s. p. 88; quid Hesychii sibi velit glossa, qua ille nititur: πληνοδίᾳ· παρανόμῳ· τετιμημένῃ· τῇ πεπλανημένῃ τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, τουτέστιν ἀδίκῳ non liquet; cf. Guilelmum Schulze, Quaestiones epicae, Gütersloh 1892 p. 174. Poeta, ni fallor, verbo πλανοδίας proprio sensu usus aberrationem quandam a recta via designavit, — cum πλάνη, πλανάομαι hanc vocem cohaerere Schulze docuit — id est deverticula, tramites secretos et occultos, per quos fures effugere solent. Hanc interpretationem tuentur versus 84/85:

. . . . τὰ κύδιμος Ἀργειφόντης
ἔσπασε, Πιερίηθεν ὁδοιπορίην ἀλεείνων:

quae (calceamenta) Mercurius splendidus, gloriae plenus carpsit inde a Pieria publicam viam evitans. Sine iusta enim causa Windischius, De hymnis Homericis maioribus, Lipsiae 1867 p. 41 pro librorum scriptura ἀλεείνων substituit ἀλεγύνων, neque Allenii sententiam recte se habere puto nuper verba ὁδοιπορίην ἀλεείνων sic explicantis: „Ut itineris incommoda evitaret Mercurius, suis ipse pedibus calceos aptavit quos bobus in usu fuisse testatur Galenus VI. 502 K, hominibus Arrianus ap. Suid. in v. Λύγος, cf. Strabo 506." Non enim ὁδοιπορίη significat itineris incommoda, sed iter, et hoc est 1) peregrinatio ipsa, actio peregrinandi, cf. Herodiani Ab Excessu divi Marci, ed Mendelssohn, Leipzig 1883 IV. 12,6: τῷ δὲ συνήθει τάχει τῆς ὁδοιπορίας ἐκεῖνοι χρησάμενοι ἐφίστανται τῷ Ἀντωνίνῳ. 2) illud spatium, quod viator emetitur, cf. ibidem III. 8, 3: ἀνύσας δὴ πολλῷ τάχει τὴν ὁδοιπορίαν, ὥσπερ ἦν ἔθος αὐτῷ. 3) via, qua ille progeditur, cf. Herodotum VIII. 118: ἐνθεῦτεν οὐκέτι ὁδοιπορίῃσι διεχρᾶτο, ἀλλὰ τὴν μὲν στρατιὴν Ὑδάρνεϊ ἐπιτράπει ἀπάγειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, αὐτὸς δ' ἐπὶ νεὸς Φοινίσσης ἐπιβὰς ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην. ὁδοιπορίαι igitur secundum Herodotum

Haec ita intellegenda sunt, ut priorum ungularum priores orae introrsum,[88]) posteriorum extra flecterentur; hoc enim modo deus τὰς πρόσθεν ὁπλὰς ὄπισθεν, τὰς δ' ὄπιθεν πρόσθεν faciebat; nam quarum ungularum priores orae bifidae extra versae sunt, hae priores appellari solent. Hoc autem dolo usus Mercurius effecit, ut postea intuenti vestigia ad Pieriam conversa esse viderentur, non secus ac si omnes, et deus et boves, totam viam retrogradi confecissent. Phoebi igitur verba mirantis v. 220:

ἴχνια μὲν τάδε γ' ἐστὶ βοῶν ὀρθοκραιράων,
ἀλλὰ πάλιν τέτραπται ἐς ἀσφοδελὸν λειμῶνα·

v. 345: ἀντία βήματ' ἔχουσα κόνις ἀνέφαινε μέλαινα· minime contra hunc locum pugnant, ut Robertus vult, neque contra eum facit versus 211: ἐξοπίσω δ' ἀνέεργε. Vox enim ἐξοπίσω, quam ille aegre fert, non ad boves pertinet, sed ad Mercurium, cuius incessus et habitus senem Onchestium tanta admiratione affecerant, ut puerum

---

magnae sunt publicaeque viae, quibus et exercitus utitur et illi viatores, qui nullius culpae sibi conscii luce clara iter faciunt.

Priore editione (cf. Allen et Sikes ad v. 83) vir doctus Suidae glossam contulit ad hunc versum:

ἀβλαβέως ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο σάνδαλα κοῦφα,


adverbii ἀβλαβέως usum ad illustrandum, quod haud scio an praeferendum sit. Nam ἀβλαβής apud Theocritum significat a damno et detrimento defendens XXIV 94 (96):

. . . . . . καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ
πρᾶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμειγμένον, ὡς νενόμισται,
θαλλῷ ἐπιρραίνειν ἐστεμμένῳ ἀβλαβὲς ὕδωρ·

Poetae igitur verba hunc sensum habere censeo: calceos leves ad pedes alligavit, ut a detrimento illos defenderet.

[88]) Muenscherus falso Roberto oblocutus est p. 179: „εἰς τοὐπίσω bei Sophokles kann nun und nimmer bedeuten nach innen.“ Nam quamquam per se εἰς τοὐπίσω certe non intro significat, tamen si priores boum pedes, ut Robertus suspicatur, retro flectuntur, ungularum priores orae sine dubio intro convertuntur. Aliis de causis a viro illo doctissimo dissentio. Vestigia vides delineata fig. I et II.

Pylos.



Pieria.

fig. I. Boves recte incedunt.

fig. II. Boves pedibus retro flexis progrediuntur.

quibus accuratissime describeret multa coram Apolline faceret verba v. 209:

ὅς τις ὁ παῖς ἅμα βουσὶν ἐϋκραίρῃσιν ὀπήδει
νήπιος, εἶχε δὲ ῥάβδον, ἐπιστροφάδην [89]) δ' ἐβάδιζεν,
ἐξοπίσω δ' ἀνέεργε, κάρη δ' ἔχεν [90]) ἀντίον αὐτῷ.

Qui puer boves pulchra cornua habentes comitabatur, parvulus, habebat autem baculum, huc illuc se convertens incessit, retroversus eas egit, capita autem ipsi obversa erant. Boum pedes retro flexi atque dei calceamenta myrtea illius aciem hebetem fugisse videntur; Apollo igitur hac de re non certior factus, cum praeter exspectationem et gregis vestigia ad Pieriam versa et Mercurii miro modo perturbata videret, miratus est v. 219 sqq.:

Ὢ πόποι ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
ἴχνια μὲν τάδε γ' ἐστὶ βοῶν ὀρθοκραιράων,

---

[89]) ἐπιστροφάδην Hesychius explicat: ἐπιστρεφόμενος ἰσχυρῶς· ἢ μετὰ ἐπιστροφῆς τοῦ σώματος, οἷον ἐπεστραμμένως· καὶ ἐνεργῶς. Suidas: μετ' ἐπιστροφῆς, ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη στρεφόμενος. Deus igitur modo in hanc, modo in illam partem se convertens pedo, quod manu tenebat, boves coegit. Vocem ἐξοπίσω non a tergo boum, sed sicut ἔμπαλιν retrorsum significare ex Herodiani illo loco apparet, quem Ilgenius hymni versus ad illustrandos attulit V. 6, 7: ὁ δ' Ἀντωνῖνος ἔθει πρὸ τοῦ ἅρματος ἀναποδίζων ἐς τοὐπίσω, ἔς τε τὸν θεὸν ἀποβλέπων καὶ τοὺς χαλινοὺς ἀντέχων τῶν ἵππων· πᾶσάν τε τὴν ὁδὸν ἤνυε τρέχων ἔμπαλιν ἑαυτοῦ ἀφορῶν τε ἐς τὸ πρόσθεν τοῦ θεοῦ. Apollonii Rhodii versum IV. 106: ἡ δ' ἔμπαλιν ἀίσσουσα γαίῃ χεῖρας ἔτεινεν ἀμήχανος scholiasta interpretatur: ἔμπαλιν ἀίσσουσα] εἰς τοὐπίσω ὁρμῶσα; item scholiasta ad Arati Phaenomena v. 30 adnotat (ad vocem ἔμπ.): χωρίς, εἰς τοὐπίσω. Exemplorum agmen claudat Sophoclis fragmentum 491: ἡ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσ' — a manu avertens oculum — ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς χαλκέοισι κάδοις δέχεται.

[90]) Verbum ἔχειν intransitive usurpatum est, ut apud Homerum K 263 . . . . . . ἔκτοσθε δὲ λευκοὶ ὀδόντες
ἀργιόδοντος ὑὸς θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα.
τ 38 καὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες φαίνοντ', N 519 (Ξ 451) δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος ἔσχεν.

ἀλλὰ πάλιν τέτραπται ἐς ἀσφοδελὸν λειμῶνα·
βήματα δ' οὔτ' ἀνδρὸς τάδε γίγνεται οὔτε γυναικὸς
οὔτε λύκων πολιῶν οὔτ' ἄρκτων οὔτε λεόντων·
οὔτε τι κενταύρου λασιαύχενος ἔλπομαι εἶναι
ὅς τις τοῖα πέλωρα βιβᾷ ποσὶ καρπαλίμοισιν·
αἰνὰ μὲν ἔνθεν ὁδοῖο, τὰ δ' αἰνότερ' ἔνθεν ὁδοῖο.

Itaque omnia recte currunt, atque sola discrepantiarum causa Hermanni coniectura est.

Apud Sophoclem, ut ad eum redeamus, res ea de causa diversa est, quod non de bubus agitur sed de vestigiis, quae secuti satyri nonnulli[91]) subito consistunt et exclamant v. 111 sqq.:

ἔα μάλα.
παλινστραφῆ τοι ναὶ μὰ Δία τὰ βήματα.
εἰς τοὔμπαλιν δέδορκεν αὖ· τάδ' εἴσιδε.

Ex quibus verbis qua ratione Mercurius gregem egisset non manifestum esse, supra vidimus. Alii autem ab illis arcessiti accedunt, qui ea ipsa vestigia, quae sociorum oculos in se converterant, quin inspiciant, mea quidem sententia dubium esse vix potest; hanc enim ad rem ad illum locum transierant.

Hi mirantur:


τί ἐστὶ τουτί; τίς ὁ τρόπος τοῦ τάγματος;
εἰς τοὐπίσω τὰ πρόσθεν ἤλλακται, τὰ δ' αὖ
ἐναντί' ἀλλήλοισι συμπ[επλεγ]μένα.
δεινὸς κυκησμὸς εἶχ[ε τὸν βοη]λάτην.

Quorum verborum explicationem altius repetam necesse est. Animalia enim et solidipedia et bisulca adulta, solito dum utuntur incessu, posteriorem quemque

---

[91]) Hoc loco duas chori partes habemus; utrum in praecedentibus tres fuerint, ut Wilamowitzius p. 457 et Koerte p. 559, an duae, ut Robertus H. 1912 p. 543 sqq. et Muenscherus suspicantur p. 173, diligentius examinare spatium excedit huic libello concessum.

Mercurii antrum.


















fig. III. Vestigia unius bovis adultae ter ingredientis ad antrum versa.

fig. IV. Vestigia unius animalis iuvenis ter ingredientis ad antrum versa.




fig. V. Vestigia unius bovis adultae ter ingredientis posterioribus pedibus retro flexis ad antrum procedentis.

fig. VI. Vestigia unius bovis iuvenculi ter ingredientis procedentis pedibus posterioribus retro flexis.

pedem in respondentis — id est ab eodem latere — prioris vestigio ponere solent; anterioris igitur cuiusque ungulae impressio comprehendit et posterioris vestigium, cuius ora alteram non accurate complexa, sed vel ad dextram vel ad sinistram mutata corporis et membrorum indicat figuram a norma desciscere. Juvenum autem animalium pedes posteriores, molliores, mobiliores, graciliores trans priorum vestigia terram attingunt, quaterna igitur singulis gradibus faciunt vestigia, quorum priora ex posterioribus ungulis orta sunt. Quarum rerum notitiam, quam ego Friderico Guilelmo Grebe debeo, viro doctissimo medicinaeque veterinariae peritissimo,[92]) Sophocles sine dubio et ipse habebat et spectatores habere non ignorabat. Sequitur, ut τὰ πρόσθεν v. 114 non significet τὰ τῶν πρόσθεν ὁπλῶν βήματα, haec enim, si quidem ad adultas pertinent boves, posteriorum ungularum vestigiis a conspectu obtecta nullo modo ab illis dignosci possunt. Roberti igitur sententiam censentis nonnullarum bestiarum priores pedes retro flexos fuisse stare non posse apparet. Contra posteriores ungulae retortae re vera anteriorum βήματα bifida priore ora rotundatae posteriori impressa et invicem in retro spectantia permutare poterant; verbis εἰς τοὐπίσω τὰ πρόσθεν ἤλλακται satyri quid hac actione effectum sit, aptissime exprimunt; vident enim priora, id est anteriores vestigiorum partes, in retro pertinentia conversa.

Iuvencarum autem et vitulorum[93]) vestigia ungulis posterioribus retro flexis necessario inter se obvia et innexa esse, in contrarias partes ferre satyris intuentibus

[92]) Venatores huius rei non sunt ignari; de cervorum incessu et vestigiis simili modo atque boum ortis fusius egit E. v. d. Bosch, Fährten- und Spurenkunde, Berlin 1886 p. 20 sqq.

[93]) cf. col. I v. 6; vestigiorum formam descripsi fig. III—VI.

videntur: τὰ δ' αὖ ἐναντί' ἀλλήλοισι συμπ[επλεγ]μένα. Nam priori anterioris cuiusque vestigii orae bifidae opposita est respondens posterioris.

Itaque Mercurium Sophocles non fecit diversis modis bestias abigentem, sed satyros paulatim rem patefacientes: vestigiorum priores orae fissae retro versae nonnullorum oculos in se convertunt; illi, qui accedunt, haec eadem inspiciunt boum vestigia, quae tamen eos adducunt, ut diversa diligentius examinent loca, haec denique cum perlustrant, inveniunt iuvencarum et vitulorum inter se contraria et innexa.

Nostram igitur hymni versuum interpretationem rerum natura ipsa quasi confirmat, ea enim alio atque supra exposui modo Sophoclis verba explicari non sinit; epico autem poetam tragicum cum vestigia ipsa, quae errantibus satyris viam indicant, tum bestiarum pedes retro flexos debere quis est, qui neget? Quaerendum igitur non est, Sophoclesne hymni auctorem secutus sit, sed quare ille ab hoc discesserit.

In hymno Homerico et Mercurii[94]) et boum vestigia inde a Pieria usque ad Alpheum retroversa sunt; sed

[94]) Roberti sententia censentis p. 543/544 versus col. IV 14
94: θεὸς θεὸς θεὸς θεός· ἔα [ἔα·
et 97: σίγα· θεός τις τὴν ἀποι[κία]ν ἄγει.
ad dei vestigia pertinere ut Muenschero p. 174 et Vollgraffio p. 84 ita mihi probabilior esse videtur quam Wilamowitzii, qui p 458 adn. 1. et 3. versu 94 indagatores deos invocare et versum 97 de satyrorum colonia dictum esse putat. Ad dei vestigia fortasse referendi sunt versus col. V. 4, 109/110:

ἀλλ' αὐτὰ μὴν ἴχ[νη τε] χὠ στίβος τάδε
κείνων ἐναργῆ τῶν βοῶν. μαθεῖν πάρα,

quos ego sic intellego: ἀλλ' αὐτὰ μὴν ἴχνη τάδε ἐναργῆ τε καὶ ὁ στίβος κείνων τῶν βοῶν. μαθεῖν πάρα. Atqui vestigia ipsa perspicua sunt boumque ingressus, rem animadvertere licet; ἴχνη igitur dei, στίβος boum vestigia significare puto (cf. στίβος col. VII 22 v. 128, infra adn. 102 p. 57). Wilamowitzius στίβον

unde vaccae profectae essent, Phoebus non ignorabat; ille igitur non decipi, sed admiratione tantum callidi furis imbui potuit. Satyros autem Sophocles antri introitum non perspicientes induxisse videtur;[95]) illos igitur ad ducendos vestigiis ad antrum versis scaenicus utitur poeta. Quem praeterea cavisse, ne nimis illos morarentur et fallerent vestigia in contrariam partem spectantia, vel ex eo intellegere licet, quod indagatores eo ipso temporis momento, quo hanc rem animadvertunt, citharae audiunt vocem, quae pro illis et cum illis dux quasi facta invitos eos ad furis latebras allicit et attrahit.[96])

Ille ῥοῖβδος enim, quem parepigraphe nobis servata post versum col. V 1, 107 sonare dicit, non mugitus boum

---

viam esse dicit: „Deutlich höre ich die Stimme noch nicht, aber Fußstapfen und Weg sind ja klar, merken kann man's“; sed de via quadam sermonem fuisse, qua progressi satyri vestigia indagassent, mihi persuadere non possum; cf. infra p. 79 sqq. Quid postea de dei vestigiis factum sit, non liquet; fortasse callidus puer sua omnino delevit. Versu col. IV. 25, 104 Pearson (O. P p. 72 ad h. l.) et Robertus p. 544 adn. 1 proposuerunt [ἐ]κμε[μαγ]μ[έ]νον pro [ἐ]κμε[τρού]μ[ε]νον; ego [ἐ]κμε[τρού]μ[ε]νον praefero, quod, ut crebrae aliae voces et notiones in fabula Sophoclea exstantes, haud scio, an ad venatorum sermonem revocandum sit; venatores enim, ut cervos ab hinnuleis dignoscant, vestigia emetiri solent; cf. E. v. d. Bosch l. s. s. p. 11 sqq. Haec igitur verba, si quidem recte conieci, prologi μόσχους et πόρτιας (v. 6) spectatorum in memoriam quodam modo redegerunt. Ad boum et vitulorum vestigia inter se comparata participium ἐκμετρούμενον referre malo quam Vollgraffium secuta ad dei.

[95]) cf. Wilamowitzium p. 456, Robertum p. 538. Quibus in rebus cum his viris doctis non consentirem fusius infra exposui p. 77 sqq.

[96]) Qua diligentia et cura usus Sophocles eam quamque rem, quae temporis puncto in scaena ageretur, ita instituere soleret, ut probabilitatis speciem prae se ferret, demonstraverunt Dopheide l. s. s. et Ackermann l. s. s., quorum sententiam haec nova fabula confirmat.

est, si quid video, sed vox lyrae.[97]) Nam quamquam Roberto p. 545 et Muenschero p. 176 sqq. concedo, versusne, quem supra diximus:

ῥοίβδημ' ἐάν τις τῶν [βοῶν δ]ι' οὖς [λάβῃ.

recte restitutus[98]) sic intellegendus sit: mugitum — adhuc non auditum — si quis boum auribus acceperit, pro certo affirmari non posse, tamen versus 108 sqq.:

οὐκ εἰσακούω πω [τορῶ]ς τοῦ φθέγματος,
ἀλλ' αὐτὰ μὴν ἴχ[νη τε] χὼ στίβος τάδε
κείνων ἐναργῆ τῶν βοῶν. μαθεῖν πάρα.[99])

non eum sensum habere puto, quem illi dicunt, sed hunc fere: vox, quam audio, tam tenuis est, ut a bubus utrum profecta sit necne, distinguere non possim, sed perspicua sunt vestigia, quae sine dubio ad boves pertinent. Non inter se contrariae sunt sententiae: non audio mugitum, quem vos audivistis, video autem vestigia, ut Robertus censet, sed: clare[100]) quidem vocem, quae modo sonavit,

---

97) cf. Wilamowitzium p. 455 adn. 2, p. 456 sqq.; fusius de hac fabulae parte egit Allègre p. 254 sqq. Voces ῥοῖζος — ῥοῖβδος, ῥοίζησις — ῥοίβδησις, ῥοίζημα — ῥοίβδημα quemlibet strepitum significasse videntur, qui vel celeri vel vehementi aeris quodam motu efficiebatur cf. Muenscherum p. 177 sqq.; Hesychius explicat: ῥοῖβδος· ῥόγχος, ψόφος ποιός.

98) Recte Diehl admonuit pro accusativo οὖς cum praepositione διά genetivum coniunctum nos exspectare: δι' ὠτός vel δι' ὤτων. Nihilominus Huntii coniectura meliorem praebet sensum quam et Roberti propositum censentis p. 545 post [ἠισθη]μένος ῥοίβδημ' supplendum esse: „Wenn du gute Ohren hast" vel tale quid, — nam non συ sed τι traditum est —, et Pearsonii p. 209, qui ῥοίβδημα boum mugitum significare non posse ratus (cf. adn. 97) τῶν [ἔσω], id est pastorum fistula canentium, substituit pro τῶν [βοῶν], quod stare non posse apparet. Nam neque de compluribus boum raptarum pastoribus umquam sermo est, neque alios pastores ἔσω esse satyri suspicari possunt.

99) Wilamowitzii p. 457 et Diehlii interpunctionem accepi.

100) Adverbium τορῶς: ita ut in animum meum penetret, ut animo meo rem percipere possim, quod egregiae Wilamowitzii

non audio, manifesta autem sunt vestigia. Itaque quare haec vox illorum animos mirabili sua vi nondum commoverit, in aperto est (cf. adn. 103).

Pergunt igitur, paulo post autem, sive ut vestigia perturbata diligentius examinent, sive ut auscultent, in terram se proiciunt; quo facto illum sonum iterum, ut videtur, auditum eumque solo corroboratum et repercussum intellegunt non mugitum esse, sed aliquid quod „nemo mortalium umquam audivit,“ cf. col. VI. 6 v. 138. Timore igitur percussi ululant col. V. 20 v. 125: ὒ ὖ ὒ ὖ, puerorum similes, qui nova et insolita quaedam cum timeant, matris vestimentis se occultant et procedere nolunt.[101]) Qui autem boum mugitu perterriti, ne ad antrum accedant, satyri recusare possunt, illi ipsi satyri, quibus boum mugitus laborum finem, praemia, libertatem promittit? Haec vox contrarium effecisset, illorum animos confirmasset et, ut quam celerrime pergerent, eos adduxisset, cuius rei tamen in fragmentis nobis servatis ne vestigium quidem invenio[102]). E contrario conviciis prolatis et

---

coniecturae debemus, minime neglegendum est, cf. infra p. 71 et app. I p. 94.

[101]) cf. col. V. 21, v. 126 sqq., Wilamowitzium p. 458, Vollgraffium p. 84.

[102]) Hoc vestigium Robertus invenisse sibi videtur in verbis ἔνι βοῦς col. VIII 1 v. 185, cf. p. 549: „Denn wenn Silen oder der Chor plötzlich ruft ἔνι βοῦς, so müssen sich diese durch Brüllen bemerkbar gemacht haben.“ Quaeritur autem, quo sensu sequentia ἔνι πόνο[, in quibus nomen πόνος quin lateat, fieri vix potest, accipienda sint. Vollgraff p. 86 versum mutilum hanc fere significationem habere suspicatur ἔνεστι βοῦς, ἔνεστι πόνων ἀμοιβὴν λαβεῖν vel tale quid; si ἔνι translate usurpatum est, haec interpretatio sine dubio recte se habet. Si autem proprio sensu: insunt boves, inest πόνος, πόνος laboris fructum significare non potest, nam praemia laboris non in antro sunt (cf. Ernestum Diehl ad h. l.) Si igitur ἔνι significat inest, insunt, πόνος est labor, pugna, molestiae; atque indagatores verbis

contumeliis aegerrime Silenus impedivit, quominus a re proposita illi desisterent. Qui ipse, senex surdaster, fortis est, dum quid res sibi velit, non intellegit, sed pariter atque antea satyri vel pecus vel pastores insolitum strepitum edere credit, col. VII 19, v. 151:

οὐδὲ ψόφοισι τῶν ὀρειτρόφων βοτῶν
πτήσσοντος, ἀλλ' ἀ[κ]μαῖσιν ἐξειργασμένου·
ἃ νῦν ὑφ' ὑμῶν λάμ[πρ' ὑ]πορρυπαίνεται.
ψόφῳ νεώρει κόλακι ποιμένων ποθὲν
[τί] δὴ φοβεῖσθε παῖδες ὡς πρὶν εἰσιδεῖν; [104])

Ubi vero, propius cum ad antrum accessisset sonumque

---

insunt boves, inest labor usi exprimunt se intellexisse, quem ad locum vestigia ferrent, — cf. col. VII 24 v. 182: στίβος ὀδενεσ[. . —, ibi versari artis musicae peritum. Timent enim, ne hic tantum terrorem sibi qui iniecerit, et laborem afferat et molestias; cf. versus col. VIII 22, 204 sqq. a Huntio egregie restitutos, quos charta choro, id est chori duci, attribuit; vide adn. 106, Vollgraff p. 87. Res diiudicari non potest, sed versum col. VIII 1 v. 185 ad boum mugitum non pertinere manifestum est, nam si illas mugire satyri audivissent, illi certe non exclamassent ἔνι βοῦς, ἔνι πόνο[ς]. Cur Sophocles boves semel v. 106 mugientes induxerit, non intellegitur, neque cur parepigraphe in falsum illata sit locum.

[103]) Sileno nulla incidit suspicio, quamquam tum cum ipse sonum audivit (col. V. 23 v. 128, 129, cf. supra adn. 101), choreutae timore perculsi pedem rettulerunt illique persuadere studuerunt se habere, cur timerent; illius igitur animum mirabilis lyrae vox hoc temporis momento ideo non affecit, quod eam non clarius audivit quam paulo ante satyri. Vel ex hac qua Silenus se gerit ratione facile intellegitur satyros v. 110 sqq. aequo animo processisse, quamquam iam audivissent citharam sonare; confer versum col. V 2, 108 cum versu col. VI 1, 133.

[104]) Hunc locum Koerte p. 560 nova adhibita interpunctione egregie emendavit; versus 154/155 ille Germanice vertit: „Was laßt ihr euch durch ein neues schmeichlerisches Geräusch, das irgendwoher von Hirten kommt, wie die Kinder, ehe ihr das Ding gesehen, in Schrecken setzen?“

clarius audivisset, cognovit aliud aliquid subesse, terror vocem illi includit, conticescit ad exemplum iterum satyrorum, quos increpuerat col. V 24 v. 129:

. . . . . τί σιγᾶθ', οἳ πρὸ τοῦ [λαλίστ]ατοι;

Nunc illi paria paribus respondent, et ipsi ad novam rem quodam modo assuefacti senem invicem perterritum illudunt col. VIII 13 v. 197/198:

πάτερ, τί σιγᾷς;[105]) μῶν ἀληθ[ὲς εἴπομεν;
οὐκ εἰσακούεις, ἢ κεκώφη[σαι, ψόφον;

Silenus autem stupefactus verbum non facit nisi v. 199 σί[γα], qui idem fere responsum a satyris abstulerat col. V 25 v. 130: σ[ίγα μὲν οὖν].

Ignavia, vaniloquentia, stupiditate pater liberos superat; ille, qui pertinaciter in falsa sua opinione adhuc perseveraverat, nunc metu exanimatus non tantum recedit, sed etiam effugit v. 199 sqq.:

(Σι.) σί[γα].
(Χο.) τί ἔστιν;
(Σι.) οὐ μενῶ.
(Χο.) μέν', εἰ θέλεις.
(Σι.) οὐκ ἔστιν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ ταῦθ', [ὅπῃ δύνᾳ,
ζήτει τε κἀξίχνευε καὶ πλού[τει λαβὼν
τὰς βοῦς τε καὶ τὸν χρυσόν.[106]) . . . . . .

---

[105]) Robertum p. 547 ex verbis πάτερ, τί σιγᾷς; falso conclusisse Sileno postrema superioris cantici verba attribuenda esse vel ex eo apparet, quod senex loco supra scripto suam ipsam orationem verbis interrumpit τί σιγᾶθ' ,οἳ πρὸ τοῦ λαλίστατοι; Ut hoc loco τί σιγᾶθ' significat: cur non mihi respondetis? ita illo πάτερ, τί σιγᾷς;: cur non verba facis, pater? cur non nos increpitas, ut antea fecisti? ubi sunt, quaeso, ista tua convicia et contumeliae? (cf. infra adn. 140). Sequentia autem μῶν ἀληθὲς εἴπομεν; per ironiam et dissimulationem dicta sunt: num recte diximus? Subaudiendum enim est neminem mortalium eiusmodi sonum umquam audivisse vel tale quid. Ut Germanice verba vertam: wir haben wohl gar damals die

Mirifica lyrae vocis vis illius animum simili modo, sed vel maiore vehementia quam satyrorum affecit; omnia, quae in satyris blanda et innoxia artis musicae potestas effecerat, dubitationem dico, cognitionem, stuporem, recessum apud eum Sophocles magna usus arte dramatica iterata, ut ita dicam, et aucta depinxit.

Hanc igitur fabulae partem ad summum in scaena effectum poeta instituit; sed ea, quibus audientium animos maxime commovit eorumque exspectationem erexit, non ex hymno Homerico, sed ex suo prompsit ingenio; in suis inventis scaenicam posuit actionem, ad quam Mercurii dolus non multum confert; contra poeta id egit, ne indagatores eo impedirentur et retinerentur. Per se enim vestigia retro versa ad poetae scaenici propositum minus erant idonea, ingeniosissime igitur ille, postquam ducibus rectis usus est, perturbatorum memoriam lyrae effectu primo posito loco paululum obscuravit. Narratione praeterea epica transformata simpliciore modo vel maiorem effecit confusionem, illius causae intellegendae spectatoribus iniecit cupiditatem, rei igitur bene notae et apud omnes pervagatae gratam dedit novitatem; nam has Mercurii fraudes audientes omnes et exspectare et cupere ille non ignorabat. Nonnullae enim res in antiquis mythis narratae praeter ceteras hominum animos commovisse

---

Unwahrheit gesagt? Vollgraffii coniectura p. 89 μῶν ἀληθ[ὲς οὐ τόδε]; vel μῶν ἀληθ[ὲς οὐκ ἄρ' ἦν]; minus ad satyrorum irrisionem apta est.

[106]) Versus col. VIII 15, 199 sqq. cum charta divisi; Pearsonium hac in re secuti sunt Koerte p. 560, Theodorus Reinach, Revue des études Grecques 1913 p. 98, Muenscherus p. 183, Vollgraff p. 87, qui etiam chartae scripturam v. 199: μέν', εἴ θέλεις defendit: mane sis, id est manere te iubeo; „bleibe gefälligst“ Germanice dicimus, cf. Pearson p. 210 et Stamm W. kl. Ph. 47, 1913 p. 1277; v. 200 Vollgraffium secuta scripsi ἕπῃ δύνᾳ.

videntur: vestigia a deo doloso perturbata quodam modo cum saxo illo ingenti comparari possunt, quo Polyphemus in Odysseae libro nono Graecorum navem elidere studet — ι 480, 536 —, quem conatum Euripides in vanas illas minas transformavit, quibus Cyclops delusus Graecos exsultantes persequitur v. 704.

De Apollinis grege a Mercurio ablato.

Fabularum traditarum memoria poetas scaenicos Atticos tenebat et obstringebat; sed cum hanc respexerunt, tum ingenio quo quisque utebatur poetico nova ad fingenda, antiqua ad permutanda, exornanda, supplenda adducebantur.

In fabula satyrica Sophoclea Mercurium vel maiore impudentia quam in hymno fratris divitis gregi manum attulisse ex Apollinis prologo intellegere licet conquerentis non tantum vaccas raptas esse, sed etiam iuvencas et vitulos v. 4 sqq.:

[. . . .]ον[. . . . . δύσ]λοφον φρενὶ
[. . . .]τα[. . . . . βο]ῦς ἀμολγάδας
[μόσ]χους [τε καὶ νέων νόμευμ]α πορτίδων.
[ἅπα]ντα φρ[οῦδα καὶ μάτη]ν ἰχνοσκοπῶ
[λαθ]ραῖ' ἰόν[τα τῆλε βου]στάθμου κάπης.

Grex autem non perfectus est sine tauro, et cum omnia se amisisse Phoebus diserte dicat v. 7: ἅπαντα φροῦδα, haud scio an versu 4 [ταῦρ]ον restituendum atque hoc nomen coniungendum sit cum adiectivo δύσλοφον φρενί: eo animo, ut iugo cervicem non submittat[107]). Quae

[107]) cf. Sophoclis fragm. 666 ed. Nauck²: τοὺς δ' αὖ μεγίστους καὶ σοφωτάτους φρενί. Hymni versus 194 sqq. ea quoque in re Sophocles imitatus esse videtur, quod taurum induxit φρενί indutum; deorum enim canes dicuntur v. 195 ἠΰτε φῶτες ὁμόφρονες: prudentes instar virorum, inter se concordes. Apud Homerum φρένες attribuuntur Phaeacum navibus θ 556, anima-

coniectura si recte se habet, taurus Sophocleus similis est tauri illius nigri [108]), quem una cum canibus raptori non adversatum relictum esse Phoebus miratur v. 195:

οἱ μὲν ἔλειφθεν
οἵ τε κύνες ὅ τε ταῦρος, ὃ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκται·

Indomitum enim illum esse sine dubio cognitum habebat.

---

libus P 111, ubi est leo 'λῖς ἠϋγένειος' dictus: τοῦ δ' ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ παχνοῦται; cf. Δ 245, Π 156. Immortalium autem armenta mortalium, ut videtur, simili modo praestantia superare credebantur atque homines dei. Quorum boves v. 71 ἄμβροτοι appellantur, quamquam duas Mercurius mactavit. Hoc igitur verbo poeta sine dubio exprimere voluit eas et pulcherrimas et maximas fuisse. Sophocles fortasse eum ita intellexit; ille enim ni fallor, Phoebi vaccas virtutibus aliis praestitisse dixit epitheto ὑπερτάτας usus, quod versu 5 litteris [. . . .]τα[. . . exceptis intercidisse credo; cf. Soph. Phil. 401 σέβας ὑπέρτατον, 1347 κλέος ὑπέρτατον, Ant. 338 θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν, 683 φρένας, πάντων ὅσ' ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον. δύσλοφος est cervici gravis, difficilis portatu, onerosus apud Aeschylum Prom. 931 et Theognidem v. 848, atque hoc sensu viri docti vocem intellexerunt velut Bignone, qui primos versus sic supplevit p. 776:

[πᾶσιν θεοῖς καὶ πᾶσι]ν ἀγγέλλω βροτο[ῖς
[ἆθλον δόσιν θ' οἵαν ὑπισ]χνοῦμαι τελεῖν·
[ἐρῶ δ' ὁθούνεκ' ἦλθον ὧδ' ἀ]πόπροθεν
[ἔχων] ὄν[ειδος ἄλλο δύσ]λοφον φρενί,
[ἅπαν]τ' ἀ[ποστερείς γε βο]ῦς ἀμολγάδας
[μόσ]χους [τε καὶ νέων νόμευμ]α πορτίδων.

In quibus imprimis displicet ἄλλο v. 6, quod Bignone sic defendit p. 777: „ἄλλο perchè questa è una nuova sventura di Apollo, dopo i tristi casi (cioè l'uccisione del figlio Asclepio per opera di Zeus e la condanna per la vendetta sui Ciclopi) che lo han condotto servire Admeto come pastore.“ Sed de Admeti bubus neque in hymno Homerico agitur neque in fabula Sophoclea (cf. col. II 10 v. 37: [τὸν φ]ῶρα τῶν Παιῶνος, col. III 23 v. 76, Φοίβου κλοπαίας βοῦς; de duobus his mythis prorsus inter se diversis vide adn. 19 p. 12), neque ὄνειδος ἄλλο omnino intellegi potest nisi aliis illis calamitatibus, quas Bignone dicit, expositis in superioribus versibus; de initio autem fabulae

Totum gregem Mercurium abstulisse Antoninus Liberalis narrat c. XXIII § 3: εἶτα δ' ἀπελαύνει πόρτιας δώδεκα καὶ ἑκατὸν βοῦς ἄζυγας καὶ ταῦρον, ὃς ταῖς βουσὶν ἐπέβαινεν.

---

cf. Hunt O. P. p. 68 ad col. I—3. Quo loco hic proposuit v. 4:

[δειν]ὸν [γάρ ἐστ' ἐμῇ δὲ δύσ]λοφον φρενί.

Sed ille non magis transitionem quandam ad sequentia invenit quam Rossbach B. ph. W. 46, 1912 p. 1460, Diehl, Bucherer B. ph. W. 19/20, 1913 p. 579. δύσλοφος autem etiam est non facile cervicem iugo submittens, Theogn. 1023/1024 (cf. app. II p. 95):

οὔποτε τοῖς ἐχθροῖσιν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσω
δύσλοφον, οὐδ' εἴ μοι Τμῶλος ἔπεστι κάρῃ.

Aelian. hist. anim. XVI 9: καὶ τίκτειν ἡμιόνους πυρροὺς τὴν χρόαν, καὶ ἄγαν δρομικούς, δυσλόφους δὲ καὶ δυσγαργάλεις ἄλλως. Hos igitur versus sic restituo:

[πᾶσιν θεοῖς καὶ πᾶσι]ν ἀγγέλλω βροτο[ῖς
[καὶ δῶρα χρυσόφανθ' ὑπισ]χνοῦμαι τελεῖν
[ἐκεῖνον ἂν φράσῃ τις, ὅς μ' ἀ]πόπροθεν
[ταῦρ]ον [κεραλκῆ, θῆρα δύσ]λοφον φρενὶ
[ὑπερ]τά[τας τ' ἀφεῖλε βο]ῦς ἀμολγάδας
[μόσ]χους [τε καὶ νέων νόμευμ]α πορτίδων.

Versu 4 adiectivum κεραλκῆ „cornibus valentem" audeo proponere, quamquam formam contractam Atticam aliud exemplum non tuetur; qui hac in re offendit, facile aliud inveniet epitheton; cf. Apoll. Rhod. IV 468, Opp. Cyn. II. 103. Versu 2 in supplendo Ernestum Diehl secuta sum. Bucherer l. s. s. proposuit: χρυσοῦ τάλαντον ὡς ὑπισχνοῦμαι τελεῖν, Rossbach: τόδ' ἔργον ἠδὲ δῶρ' ὑπισχνοῦμαι τελεῖν. Muenscherus p. 170 sqq. Roberti adnotatione 1 p. 550 commotus versu col. II 18, 45 sic emendato: τότ' ἀγγέλῳ μοι κείμενον χρυσὸν στέφε dicit praemium propositum fuisse coronam auream, quam Silenus sibi nuntio dandam ab Apolline expetivisset, cf. p. 173: „Wenn Silen, wie es doch natürlich ist, dem Apoll persönlich seine Entdeckung meldet, so kann und muß Apoll ihm ebenso persönlich den Lohn zahlen. Mir scheint klar, der Bote kann nur Silen sein: der meldet was er entdeckt, und bekommt dafür seinen Lohn." Muenscherus autem ipse p. 183 sqq. Silenum post versus 200 sqq. abisse dicit; cf. p. 190: „Und zu der Annahme, daß dieser späterhin noch einmal zurückgekommen sei, liegt nicht der geringste Grund vor." Silenus igitur coronam auream accipere

Cuius duplicem vaccarum numerum — in hymno enim quinquaginta sunt — quodam modo cum carmine epico, πόρτιας autem et taurum cum fabula Sophoclea cohaerere puto.

De lyrae inventione.

Quid in enarranda lyrae inventione Sophocles suo debuerit exemplo, quid innovaverit, ad diiudicandum undecim circa versuum, quibus nympha nutrix alumni ingenio elata coram satyris rem exposuit, paucae quae

---

non potuit; timeo ne haec corona, ad quam via fert tot tantisque difficultatibus et impedimentis obstructa, abicienda sit.

Ad versus sequentes Pearsonius adnotat p. 209: „τέχνα[ισιν is somewhat awkwardly isolated, if it means owing to the devices (of the thieves)". Ille proposuit:

[ἔπε]ιτ' ἀφρ[ούρων ἁρπαγὴ]ν ἰσχνοσκοπῶ
[λαθ]ραῖ' ἰόν[των τῆλε βου]στάθμου κάπης
[ἀφα]νῶς τεχνά[σματ'.

Quam coniecturam non probo, nam ἁρπαγήν, rapinam, Apollo indagare vix potest; actio enim iam perfecta est; ille aut boves investigat aut furem eiusque artificia. Vollgraff, qui p. 81 sicut Pearson in τέχναισιν offendit, emendationem probabiliorem non protulit. Fortasse scribendum est:

[ἅπα]ντα φρ[οῦδα καὶ μάτη]ν ἰχνοσκοπῶ
[λαθ]ραῖ' ἰόν[τα τῆλε βου]στάθμου κάπης.
[ἀφα]νῶς τεχνᾶ]ται ταῦτ.' ἐ]γὼ οὐκ ἂν φόμην . . . . .

Omnia ablata sunt, atque frustra investigo clam euntia procul a boum stabulo et praesepe. In occulto et dolose ille molitur haec. Verbum τεχνᾶσθαι significat insidias moliri apud Sophoclem Phil. 80, Ant. 494.

[108]) Robertus H. 1906 p. 424 (cf. p. 393, p. 408) taurum κυάνεον „den blauen Stier" inter prodigia enumerat interpolatori debita. Talia prodigia apud Homerum non rara sunt; X 401/402 Hectoris χαῖται κυάνεαι πίτναντο; π 176 κυάνεαι δ' ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον (Ulixis), Hymn. hom. VII, 4/5 Bacchi ἔθειραι κυάνεαι dicuntur; κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων A 528, P 209, Neptunus κυανοχαίτης est.

aetatem tulerunt miseraeque reliquiae vix sufficiunt. Eandamne igitur atque in hymno lyrae partem deus apud poetam scaenicum factus sit corio illo bubulo, furis indagandi instrumento, exornans, incertum est; eo incertius, quo magis de loci integri, in hymno nobis servati interpretatione virorum doctorum sententiae discrepant. Libri versus 47 et 48 sic nobis tradiderunt:

πῆξε δ' ἄρ' ἐν μέτροισι ταμὼν[109]) δόνακας καλάμοιο
πειρήνας διὰ νῶτα διὰ ῥινοῖο χελώνης.

In quibus verbum finitum πῆξε coniungendum est cum διὰ ῥινοῖο, participium πειρήνας ad διὰ νῶτα referendum; quo facto neque πειρήνας in τετρήνας neque διὰ ῥινοῖο in λιθορρίνοιο, ταλαρρίνοιο, alia corrigere opus est[110]). Nam perforandi et infigendi notio, quam sensus postulat, inest verbo πηγνύναι,[111]) quod tamen eandem atque πειραίνειν significationem habere Ludwichio non concedo[112]). Nam πειραίνειν forma Ionica est, cui Attica περαίνειν ab eodem verbo primitivo *περ-Ϝαίνειν derivata respondet.[113]) In dialecto Attica hoc verbum translate usurpatum sicut in Odysseae libro μ 37 πάντα πεπείρανται plerumque significat rem quandam ad finem perducere. Significationi autem translaticiae respondere solet propria, quam, priorem sine dubio, hoc hymni in Mercurium loco nobis servatam esse puto. Verbo πηγνύναι usus poeta expressit deum arundines testae infixisse, verbo πειραίνειν illum eas διὰ νῶτα[114]), per tergum, „den Rücken entlang", ut

---

[109]) ταμὼν fere omnes; λαβὼν unus D.

[110]) Vide interpretes Gemollium, Ludwichium, alios ad hunc locum.

[111]) cf. Pind. Nem. VII 26: ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος.

[112]) l. s. s. p. 86; Revision meiner Ausgabe des Homerischen Hermeshymnus, Programm Königsberg 1905 p. 6.

[113]) cf. Guilelmum Schulze, l. s. s. p. 116.

Germanicis utar verbis, usque ad finem, id est contrariam oram perduxisse. Hae arundines ἐν μέτροισι sectae erant, prout spatium inter contrarias oras aut longiores exigebat aut breviores; paribus igitur intervallis per cavum testudinis tergum currebant. Super hanc ipsam autem rem, quam deus adhuc perfecerat, testam dico et arundines, ille induxit corium v. 49:

ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι,

ita sine dubio, ut extremis arundinum partibus, quae quin ex utraque ora paululum exstarent, fieri non potuit, trans corium missis atque hoc quoquo modo testae affixo id denique ortum sit, quod Sophocles aptissime χρῆμα dicit ῥινοκόλλητον (col. XIV. 23/24 v. 365.). Corio enim efficiebatur, ut hae partes et inter se cohaererent, velutsi conglutinatae essent, et idoneum praeberent fundamentum, cui parvus artifex bracchia iugo superiore inter se coniuncta infigere posset v. 50:

καὶ πήχεις ἐνέθηκ', ἐπὶ δὲ ζυγὸν ἤραρεν ἀμφοῖν,

chordis postremo lyrae inde ab hoc iugo usque ad inferiorem testae oram intentis (v. 51).

---

[114]) Allenii coniectura κατὰ νῶτα carere possumus. Ebelingius (l. s. s. s. v.) διά cum accusativo sic explicat: „Notat enim accusativus id quod movetur secundum spatium aliquod atque intra, entlang und zwischen"; illa igitur notione, quae inest verbo πειραίνειν, quod a nomine πεῖραρ, πεῖρας, Attice πέρας, id est finis, separari non potest, opus erat ad exprimendum calamos per totam testam transisse. Ebelingius s. v. πειραίνειν hoc verbum eadem significatione usurpatum esse censet Od. χ 175 (192) hunc locum sic interpretatus: „Ex ipsius corpore fune per totum spatium extenso", cum alii viri docti contendant πειραίνειν hoc loco esse alligare binden, die Enden, πείρατα, πέρατα, durcheinanderziehen; quae significatio ad hymni Homerici versus nullo modo quadrat. Possitne πεῖραρ funis a voce πεῖρας, πέρας finis discerni, ut Allenius vult, „On πεῖραρ ἑλέσθαι (Σ 501)", Harvard Studies in Classical Philology IV

Roberti sententiam (p. 557 sqq.) a mea valde discrepare non ignoro, neque, quod ab fabulam Sophocleam attinet, pro certo affirmare possum illud instrumentum, quod satyri admirantur, eodem modo fabricatum esse atque in hymno Homerico; sed si ab hoc, ut par est, proficiscimur, Sophocles carminis epici versus non ita intellegere potuit, ut vir doctus eos censet intellegendos. Jugum enim inferius, quod loris cum testa coniunctum ille dicit poetam adduxisse, ut totam lyram χρῆμα ῥινοκόλλητον appellaret, poeta epicus omnino non commemorat;[115]) sive illud, cum ad rem non multum faceret, neglexit, sive cithara prisca et simplex illius aetatis ut verticillis ita hac parte caruit. Eo audaciae, ut hymni lyrae verticillos fere attribueret, unus processit Schenkl p. 155. Ille enim a voce κόλ]λοπες apud Sophoclem servata col. XII. 23 v. 312 profectus collata Eustathii glossa[116]) ad Odysseae versum φ 407:

ῥηϊδίως ἐτάνυσσε νέῳ περὶ κόλλοπι χορδήν

cum uno hymni versu 49 huius auctorem deum induxisse

1893 p. 151 sqq., dubito. Ea tantummodo testae parte Mercurium lyram ad faciendam usum esse, quae dorsum animalis tegebat, vel ex verbis διὰ νῶτα intellegere licet; cf. Ludwichium l. s. s. ad. h. l.

[115]) Verbis v. 47 δόνακας καλάμοιο quominus inferius iugum designatum sit, vel pluralis obstat numerus. Robertus Bluemnerum testem producit, Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste II, Leipzig 1879 p. 389, cuius opinio ad falsam hymni interpretationem revocanda est. Unum iugum in carmine epico commemoratum, quod superius fuisse v. 50 docet, et bracchia ex calamis facta esse neque ex hoc loco neque ex ullo alio monumento, quod ad nos pervenit, concludere licet, cf. Carolum de Jan, Die Griechischen Saiteninstrumente, Programm Saargemünd 1881/1882 p. 8, Saiteninstrumente B. D. III. p. 1539.

[116]) Eust. p. 1915, 17: κόλλοψ δὲ ὁ παρὰ τοῖς ὕστερον κόλλαβος, δι' οὗ τείνονται αἱ τοιαῦται χορδαί. — Ut auctor versus

contendit corio pingui ex boum cervicibus exsecto involventem lyrae inferius iugum, hoc deinde intendentem nervis, cum caveret, ne hi exsiccati dirumperentur. Quo facto hoc corium κολλόπων vice quasi functum esse sicuti verticillos in fabula satyrica: rationem igitur quandam intercedere inter descriptionem hymni fabulaeque Sophocleae et Eustathii glossam. Cuius sententiam ad refutandam iis, quae supra exposui, multa addere supersedeo; satis est hoc loco adnotare vocem δέρμα apud Sophoclem servatam esse versu 307, cum κόλλοπες infra v. 312 legamus. Itaque licet verticilli in Indagatoribus fabula ex corio facti sint, qua de re nihil omnino constat, tamen praeterea aliam lyrae partem ad fabricandam deum hac materia usum esse vel ex paucis his verbis perspicuum est, quam partem eandem atque in hymno fuisse a veritate proxime abesse puto.

De Indagatorum fragmento apud Pollucem servato.

Neque Schenkl mihi persuasit ad lyrae fabricationem a Cyllene descriptam hoc Indagatorum fragmentum pertinere, quod Pollucis lexico debemus X 34: μέρη δὲ κλίνης ἐνήλατα καὶ ἐπίκλιντρον, τὸ μέν γε ἐπίκλιντρον ὑπὸ Ἀριστοφάνους εἰρημένον· Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἰχνευταῖς σατύροις ἔφη· 'ἐνήλατα ξύλα τρίγομφα διατορεῦσαί σε δεῖται', quam-

φ 407 ita Eustathius credidisse videtur veteres verticillis usos esse nervos ad intendendos, non ad eam quam vir doctus dicit rem — καὶ οὕτω, φασί, λεγόμενος διότι τὸ παλαιὸν ἐκ δερμάτων σκληρῶν ἦν τῶν πρὸς τῷ τραχήλῳ τῶν βοῶν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν οἰῶν, ἃ καὶ αὐτὰ κόλλοπες ἐκαλοῦντο διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν ἀναβραττομένων κόλλαν γίνεσθαι. Ex quibus verbis equidem non concludo omnes ver-

quam illius sententiam probaverunt Ernestus Diehl, Allegreus p. 333, Bucherer B. ph. W. 1, 1914 p. 1 sqq.[117]). Roberti enim coniectura ξύλ' ὡς pro ξύλα accepta ille versum col. XII 20, 309 sic restituit:

[ἐνήλατα ξύλ' ὡς τρίγομφα διατ]όρως ἐρείδεται

hac addita commentatione p. 154: „Im übrigen ist sachlich alles in schönster Ordnung. Wenn ἐνήλατα (attisch κραστήρια) die in das Außengestell der κλίνη eingelassenen Hölzer sind, zwischen denen die Gurten ausgespannt werden, Bestandteile, die bei einem Bronzegestell notwendigerweise abnehmbar sein müssen, aber auch bei einem Holzgestell zum Zwecke der Ausbesserungen u. dgl. mit Vorteil so eingerichtet werden (wobei es gleichgültig ist, ob wir an Querhölzer mit Längsgurten oder Längshölzer mit Quergurten oder einen festen Rahmen mit gekreuzten Gurten denken), so wüßte ich nicht, welche schlagendere Analogie zu den beiden Stegen der Lyra mit den dazwischengespannten Saiten aufgestellt werden könnte."

Quomodo Schenklius lectos antiquos institutos esse animo sibi finxerit, nescio; sed cum lyrarum et spondarum quas adieci formas delineatas diligentius inspexeris, mihi concedes non tantam inter has res similitudinem intercedere quantam vir doctus dicit, etsi neglectis curvatis antiquae lyrae bracchiis, numquam, quantum scio, cum iugo inferiore coniunctis ab eo quod Robertus proposuit instrumento proficiscimur.[118]) Nam ut omittam illud

---

ticillos antiquitus ex corio factos esse; Bluemnerus l. s. s. p. 390 et Jan, Programm p. 14 sqq. rem difficillimam in medio reliquerunt; una vox Sophoclea κόλλοπες nihil docet. Cautius quam Schenkl iudicavit Allegreus p. 243 adn. 2.

[117]) Unus Muenscherus p. 189 adn. 2 viri doctissimi coniecturam audacissimam minimeque probabilem dicit.

[118]) Lyra in explicanda cum Robertum Schenkl secutus sit, eum de tali instrumento, certe non antiquo, cogitasse su-

rete, quod ex institis per obliquum plerumque intentis formatum[119]) certe non facile quemquam commovet, ut lyrae chordarum imaginem sibi depingat: ligna spondae non inter se coniungi, sed pedibus infigi cum per se consentaneum est, tum ex omnibus quae infigendi rationis memoriam nobis tradiderunt monumentis antiquis dilucide apparet. Sive ex tribus validis cuneis,[120]) qui cum pedibus ea coniungebant, haec ligna in fabula Sophoclea τρίγομφα erant nominata, sive ex totidem clavis, qui ornamento illis erant, qui Sophocles ea quam Schenkl dicit comparatione usus hoc epitheton deligere potuit, quod ad lyrae calamos nullo modo quadrat?

---

spicor; confer citharam fig. VII cum lyris antiquis descriptis fig. VIII et IX et cum iis, quas depinxerunt Guhl et Kohner, Leben der Griechen und Römer[6] Berlin 1893 p. 345, Jan B. D. I p. 104 fig. 110, T. V fig. 422, p. 498 fig. 540, III p. 1539 fig. 1603, p. 1543 fig. 1607, A. Z. 1858 T. CXV, Daremberg et Saglio l. s. s. III s. v. Lyra p. 1437 sqq.

In libro inscripto Studies in Ancient Furniture, Couches and Beds of the Greeks, Etruscans and Romans, Chicago 1905 Carolina L. Ransom demonstravit quattuor lecti pedibus (l. s. s. p. 20 sqq.) infixa esse quattuor ligna (ἐνήλατα cf. Ransom p. 109, p. 111 adn. 10, Jwan Mueller l. s. s. p. 59, Hermann, Griechische Privataltertümer[3], Freiburg-Tübingen 1882 p. 159 adn. 3, infra adn. 123 p. 73); his lignis intentas esse institas, cf. Ransom l. s. s. p. 62 sqq., Vollmoeller, Über zwei Euböische Kammergräber mit Totenbetten A. M. XXVI 1901 p. 345 sqq. De lectorum ornatu fusius egit Studniczka, Das Symposion Ptolemaios II, Abhandlungen der Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften, philol.-histor. Klasse 1914 p. 118 sqq.

119) cf. fig. X = Ransom p. 62 = M. d. J. IX t. XXXIX et XL, Ransom Plate V, B. D. I p. 311 fig. 326 b; alia exempla Carolina Ransom affert p. 62 adn. 4, p. 64 adn. 2.

120) De voce γόμφος cf. Bluemner, Technologie und Terminologie II p. 229, p. 307, III p. 99. Duo cunei perspicui sunt in lecto Etrusco infra fig. XI delineato = Ransom fig. 8 p. 25 = M. d. J. IX t. XIII. De infigendi ratione cf. praeterea Ransom p. 42 sqq. (fig. 23 et 24).




fig. XI.




fig. X.




fig. VIII.



fig. VII.




fig. IX.

Accedit quod mea quidem sententia verba διατόρως ἐρείδεται offensione minime carent. Nam διάτορος est penetrans sive proprio sensu velut Aesch. Prom. 76:

ἐρρωμένως νῦν θεῖνε διατόρους πέδας·

sive translate usurpatum, Aesch. Prom. 181:

ἐμὰς δὲ φρένας ἐρέθισε διάτορος φόβος.

Passive Oedipodis infantis pedes fune transiecti διάτοροι dicuntur Oed. Tyr. 1034. Sonitus, qui vehementia et acumine suo aures penetrat, διάτορος est: Ael. var. hist. II 44 μέλος διάτορόν τε καὶ γεγωνὸς ὅτι μάλιστα, Plut. Mor. p. 303 E. φθεγγομένων μέγα τι καὶ διάτορον, [Lucian] Philopatr. VI p. 591 R διάτορόν τι καὶ καταπληκτικὸν βοᾷ; item tuba, quae efficit, ut vox, quam emittit, aures penetret, Aesch. Eum. 567:

ἥ τ' οὖν διάτορος Τυρσηνικὴ
σάλπιγξ βροτείου πνεύματος πληρουμένη.

Ut ex his exemplis perspicuum est, rem quandam ad designandam, quae proprio sensu aut penetrans est aut perforata, adiectivum usurpatur, non adverbium, neque patet, quo iure propria proposita significatione lyrae iuga et bracchia ex calamis, ut viris doctis placuit, facta aut penetrantia appellata sint aut perforata, si forte spondae ligna per pedes quodam modo penetrare censes.

Schenkl, ni fallor, adverbium διατόρως, quod alibi exstare certis testimoniis prolatis comprobare non possum, translate dictum esse censet eodem fere sensu quo simplex τορῶς[121]), quod nonnumquam adverbiis agiliter, perniciter collatis explicatur. Sed quolibet usurpatum sensu adverbium τορῶς penetrandi notionem minime exuit, quod nonnullis propositis exemplis, quae facile augeri possunt, comprobare mihi liceat.

---

[121]) In Etymologico Magno p. 271, 41 adnotatum est διάτορον: ἐπίρρημά ἐστιν. Simplex τορόν adverbii vice fungitur Philost. Soph. I 25, 10 τορὸν ἠχοῦσα. De adverbio τορῶς vide app. I p. 94.

Plat. Theaet. p. 175 E verba τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν significant: qui omnibus eiusmodi muneribus ita fungi potest, ut, quae agenda sunt, facile et celeriter (animo) penetret. In Indagatoribus col. V 2, 108 verba οὐκ εἰσακούω πω [τορῶ]ς τοῦ φθέγματος nihil aliud sibi volunt nisi: vox non tam clara est, ut in animum meum penetret, ut animo meo rem percipiam. Aeschyli verba Prom. 609 λέξω τορῶς σοι πᾶν explicanda sunt: omnia ita exponam, ut in animum tuum penetrent, „eindringlich“ Germanice dicimus.

Itaque lege quadam usi e re ipsa nata Graeci hoc adverbium, quantum quidem ex exemplis exstantibus intellegere licet, cum verbis activis et mediis coniungere solebant; nam τορῶς aliquid vel dicit vel agit, qui efficit, ut res proposita quodam modo in animum penetret; sed quomodo sententiam . . . . (ζυγὰ) . . .

ἐνήλατα ξύλ' ὡς τρίγομφα διατόρως ἐρείδεται

explicem, equidem nescio.

Quae cum ita sint, credamus necesse est locum Sophocleum ex fabulae exitu in charta deperdito sumptum ad verum lectum pertinere, qui quodam rerum conexu cum actione scaenica cohaeserit. Difficultates autem, quibus haec de amissis fabulae partibus quaestio impedita est, ea re augentur, quod Pollucis libri corrupta exhibent verba Sophoclea. Quibus Robertus medelam attulit scriptura σε δεῖται emendata in σε δεῖ, διατορεῦσαι caelare, quod ad fabulae argumentum nullo modo quadrat, in διατορῆσαι perterebrare trimetrisque iambicis propositis:

δεῖ τρίγομφ' ἐνήλατα
<νῦν> διατορῆσαί σ' [122])

hoc fragmento exitum fabulae ad restituendum ille usus est p. 559: „Da Pollux die Stelle bei Besprechung der

122) διατορεῦσαι apud Robertum l. s. s. mendo debetur typographico.

Kline citirt, muß es sich auch bei Sophokles um eine solche gehandelt haben. Hermes, dem halbwüchsigen Knaben, wird der Dichter schwerlich ein eigenes Bett gegeben haben. Dagegen haben wir von Maia gehört, daß sie noch sehr angegriffen ist. Um deren Bette also wird es sich handeln. Wenn aber die Querleisten[123]) dieses Bettes durchbohrt werden sollen, so muß etwas in dem Bett versteckt gewesen sein, und um dieses Gegenstandes habhaft zu werden, bedarf es offenbar einer solchen Manipulation, da Maia zu schwach ist, um aufstehen zu können. Das sieht ganz nach einem neuen Gaunerstreich des Hermes aus, und es fragt sich nur, was es für ein Gegenstand war, für den er ein so herrliches Versteck unter dem Leib der eigenen Mutter gefunden hat. Man könnte an das von Apollon als Preis

---

[123]) Quas lecti partes Robertus „Querleisten" dicat, nescio: de re ipsa dubium esse non potest. Quod antiqua docent pictorum, sculptorum, scriptorum monumenta a Carolina L. Ransom copiosissime allata, Artemidori testimonium confirmat, quippe qui in Onirocritici libro I c. 74 ed. Hercher, Leipzig 1864 p. 67 distinxerit τῶν ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔξω, τὸ δὲ ἔσω, τὸ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ, τὸ δὲ πρὸς τοῖς ποσί. Culcitas et stragula non lignis imposita sive per transversum sive per longitudinem currentibus, sed institis aut ex corio aut ex sparto — iuncis vel cannis — factis vel restibus, quibus ligna erant intenta, (cf. Ransom l. s. s. p. 63) cum lecti flagitabat commoditas, tum haec quae addidi et Aristophanis et Plutarchi testimonia comprobant. Arist. Lys. 920 sqq. Myrrhine lectulum in scaenam producit:

M. ἰδού, κατάκεισ' ἀνύσας τι· κἀγὼ 'κδύομαι.
καίτοι, τὸ δεῖνα, ψίαθός ἐστ' ἐξοιστέα.
K. ποία ψίαθος; μή μοί γε. M. νὴ τὴν Ἄρτεμιν,
αἰσχρὸν γὰρ ἐπὶ τόνου γε.

Lectulus intentus erat institis, quibus stoream erat impositura. Alcibiades teste Plutarcho mollitiae adeo se dedisse dicebatur, ut foramine in superiore navis facto pavimento hoc lecti instar loris subtenderent (Alc. c. 16): ὅπως μαλακώτερον ἐγκαθεύδοι, κειρίαις, ἀλλὰ μὴ σανίσι τῶν στρωμάτων ἐπιβαλλομένων.

ausgesetzte Gold denken, das Hermes heimlich weg-stibitzt hätte. Das gäbe eine köstliche Steigerung der Verwicklung. Aber Hermes könnte das Gold nur vor den Augen des Chors entwendet haben, und dieser steht nicht nur auf Seiten des Apollon, sondern hat selbst an dem Gold ein sehr lebhaftes Interesse. Näher liegt der Gedanke an die Leier, und unter jedem möglichen Vorbehalt schlage ich folgende Rekonstruktion vor. Während Apollon noch mit Silen oder dem Chor spricht und die Geschichte von der Geburt des Hermes erfährt, ertönt zum dritten Mal aus der Tiefe das dumpfe Brüllen der Rinder. Apollon geht dem Ton nach; da erklingt zum dritten Mal die Leier. Der Gott ist erstaunt und entzückt; der Chor erzählt ihm von der Erfindung des Instruments. Apollon ruft seinen Bruder. Nun steigt Hermes auf, aber ohne die Leier, vielleicht mit einer Andeutung der Windeln. Es folgt die Verhandlung zwischen den beiden Brüdern, die damit endet, daß Hermes dem Apollon gegen Überlassung der Herde die Leier schenkt und ihr Versteck verrät."

Robertus ipse, ni fallor, Sophoclem talia finxisse serio numquam credidit; in altera enim interpretationis suae Germanicae editione Schenklium secutus ille Pollucis fragmentum ad lyrae fabricationem rettulit Maiaeque lectum silentio praeteriit. Neque ego plura de eo facerem verba, nisi Muenscherus p. 189 nuper contra Schenklium illam priorem Roberti produxisset opinionem parum quamvis probabilem. Intellegi enim nequit, quare lyram in Maiae lecto ita ut supra exposui instituto et sub illius corpore occultatam ut aliquis adipiscatur, non aegrota paululum sit allevanda, non institae persecandae, sed ligna sint perterebranda, qua minus idoneam viam vix quisquam excogitare potest. Maia infirmitate et debilitate corporis quominus surgeret impedita est; Apollo igitur vel alius

aliquis — quemcumque verba apud Pollucem tradita protulisse Robertus censet — ei parcere studet, eadem autem in periculo est proposito illo accepto una cum lecto et lyra in terram praecipitare atque crura et cervices frangere. Nam quomodo lignis lecti perterebratis pedes et institae eam ferant, viri docti ipsi sibi explicent[124]. Qui Robertus ex verbis ita ut ipse coniecit emendatis concludere potuerit rem quandam in lecto fuisse occultatam, equidem non intellego. Neque patet, cur Maiam partes tam ambiguas agentem risumque spectatorum moventem Sophocles induxerit; cur non potius Mercurium ipsum? Adulescentulum suum lectum habere vir doctus negat, quamquam in hymno infans suis in cunis iacens laeto et aequo animo Apollinem accusatorem exspectabat (v. 212 sqq). Fortasse poeta scaenicus habebat, cur lectum puero tribueret.

Primo obtutu contra hanc sententiam facere videntur versus col. XI. 6, 268: 221

[κἄδεσμ]α καὶ ποτῆτα καὶ κοιμήματα
[πρὸς σπ]αργάνοις μένουσα λικνῖτιν τροφὴν
[ἐξευθ]ετίζω νύκτα καὶ καθ᾽ ἡμέραν.

Ex quibus Terzaghi (Introduzione p. 63 adn. 3) intellexit poetam infantem semper in cunis iacentem fecisse a Cyllene nympha nutritum: „Ma non bisogna dimenticare che egli è sempre in culla e nelle fascie, ed a bisogno di chi gli dia, come fa Cillene, cibo e bevanda“.

Sequuntur autem versus 271 sqq:

[ὁ δ᾽ α]ὔξεται κατ᾽ ἦμαρ οὐκ ἐπεικότα
[μέγι]στος, ὥστε θαῦμα καὶ φόβος μ᾽ ἔχει.
[οὔπω γ]ὰρ ἕκτον ἦμαρ ἐκπεφασμένος

---

[124]) Si ligna adeo perterebrata erant, ut aliquis manu immissa lyram capere et extrahere posset, qui ille, quominus ea frangerentur, impedivit?

[γυίοι]ς ἐρείδει παιδὸς εἰς ἥβης ἀκμήν,
κἀξορμενίζει κοὐκέτι σχολάζεται
βλάστη· τοιόνδε παῖδα θησαυρὸς στέγει.

Intra sex igitur dies Mercurii incrementum ita progressum est ut hominum infantium duplici vix numero annorum; neque Cyllenes narrationem ad verbum interpretatus vir doctus explicabit, qui infans semper in cunis iacens et boves rapere et lyram facere potuerit. Jmmo vero Sophoclem et infantis et adulescentuli partes illum agentem induxisse hic ipse locus docet. Fabula autem ineunte ut eas imprimis res poeta proposuit, quae ad infantem spectant, — infantem enim mira illa facinora, quibus fabulae argumentum continetur, perfecisse traditum erat[125]) — ita sub exitu, cum tempus iam esset adulescentulo in spectatorum conspectum prodeundi, eas praedicare oportebat, quae ad adulescentulum pertinent. Qua de causa poetam carminis epici cunas cum infante quasi crescentes fecisse, adeo ut in lectum se converterent ad iuvenis mensuram aptum a probabilitate minime abhorret, praesertim cum unum ex legitimis histrionibus Mercurii partes suscepisse pro certo affirmare liceat[126]). Si Allegreus censet p. 260 adn. 1: „Cette confrontation (d' Hermès avec Apollon) n'avait pas lieu, suivant toute probabilité, dans la grotte de Maia, comme dans l'hymne homérique, bien que l'intérieur eût pu en être représenté à la rigueur au moyen de l'ἐκκύκλημα ou autre artifice; cela n'aurait eu de l'intérêt que si Hermès eût pu paraître encore couché dans son berceau", illi non concedo Mercurium adulescentem Athenienses aetatis

---

125) cf. adn. 12 p. 7.

126) cf. Conradum Haym l s. s. p. 276 sqq.; Mercurii cithara canentis, cum fratre altercatione habita in gratiam redeuntis partes vero puero Sophoclem imposuisse minime est credendum.

Sophocleae non delectare potuisse, cum furti reus, ab Apolline ad tribunal citatus dormitum se conferret, velutsi nihil antiquius haberet, quam ut requiesceret et ex labore furandi et cithara canendi somno se reficeret. Poeta tragicus lepidam gratiam et venustatem narrationis epicae si non servare, at certe hoc fratrum colloquium ita convertere et permutare potuit, ut ad fabulam aptissimum esset satyricam. Quantum quidem ex Pollucis fragmento Roberti coniectura probata effici potest, alter — coryphaeus fortasse — alteri, id est Apollini suasit, ut ligna spondae perterebraret eo, ni fallor, consilio, ut his perfractis lectoque corruente Mercurius, qui in eo iaceret, vi ac violentia surgere cogeretur. Si quis mihi obiciat ex uno hoc versu corrupto, quem utrum diverbio attribuamus an cantico nos ne scire quidem, et verborum et sententiarum conexu turbato certi quicquam de actione scaenica, de personis colloquentibus effici non posse, hoc quidem illi concedo, sed tamen de lignis lecti, de lecto igitur ipso sermonem fuisse tenendum esse contendo; non enim est, quod Pollucis glossam a fabula Sophoclea abiudicemus. Cyllene autem, Mercurii quasi vicaria, hac in re in censum non venit, quid de Maiae lecto iudicandum esset, supra vidimus; restat ex iis, qui antrum incolunt, unus Mercurius ipse. Jndagatorum igitur hoc fragmentum quamvis deformatum ideo multum valet, quod fidem nobis facit Sophoclem hymni poetam secutum Apollinem fratrem convenientem fecisse in lecto iacentem.

De Sophoclis fabulae rebus scaenicis.

Quae cum ita sint, veri mihi videtur simillimum Sophoclem Mercurio ea de causa lectum attribuisse, quod iuvenem somno vinctum, vel potius somno se vinctum esse simulantem ante spectatorum oculos producere

vellet, quamquam hoc non necessario ex Pollucis glossa concludendum esse concedo. Potuit enim Apollo in antrum se conferre, cum choreutae, quos in orchestra remanere oportebat, canticis et saltationibus spectatores delectarent. Tamen si versum Sophocleum ita interpretari licet, ut supra exposuimus, res in scaena ageretur fere necesse erat, nam audientium tantum, sed non spectantium animos ea vix commovisset. Lecti autem producendi facultas non data erat nisi scaenae exstructa domo, per cuius ianuam ille sive eccyclematis ope sive simpliciore modo rotulis pedibus suffixis evolvebatur[127]. Quaerendum igitur est, Jndagatorumne quae ad nos pervenerunt reliquiae eorum virorum doctorum pedibus in sententiam ire nos cogant, qui scaenae domo Sophoclem hac fabula in edenda usum esse negant.

Robertus enim specum sub orchestrae solo fuisse dicit in cuniculo quodam, qui ex campis apertis theatro Atheniensi vicinis per altas substructiones extremae illius parti subiectas[128]) usque in mediam orchestram perductus idem fuisset atque χαρώνιοι illae κλίμακες, unde teste

---

[127]) De eccyclemate fusius disputavit Reisch (Doerpfeld-Reisch, Das Griechische Theater, Athen 1896 p. 234 sqq.), cuius sententiam censentis hanc machinam scaenam fuisse, quam Servius ad Verg. Georg. III 24 appellat ductilem, non probo, sed parvulam scaenam ita vocatam esse puto ex ligno factam, rotis instructam, per scaenae domus ianuam emotam, cuius ope res, quae intus credendae erant, spectatorum oculis subiciebantur; cf. Karl Otfried Mueller, Kleine Schriften I, Breslau 1847 p. 528/529., Bethe, Prolegomena zur Geschichte des Theaters, Leipzig 1896 p. 100 sqq., Albert Mueller, Lehrbuch der Griechischen Bühnenaltertümer, Freiburg 1886 p. 142, Wilamowitz, Euripides Herakles², p. 216, alios. Unum autem lectum ad evolvendum hac machina fortasse non opus erat; cf. Reisch l. s. s. p. 237; Fensterbusch, Bühne des Aristophanes, Leipzig 1912 p. 56 sqq.

[128]) cf. Doerpfeld-Reisch l. s. s. p. 26 sqq.

Polluce umbrae et larvae ex inferis in lucem prodissent[129]). Wilamowitzius sicuti Robertus Mercurium sub terra versatum lyra cecinisse ratus orchestram pulpito ligneo instructam fuisse contendit, cuius pars posterior altius elevata histrionibus locum praebuisset, adeo ut ex profundo et lyrae vox emitti et nympha emergere videretur p. 456/457. Cui oblocutus[130]) Koerte p. 563 Sophoclem scaenae domo vel tragoedias superiores ad edendas usum esse censet, hanc autem brevi temporis intervallo inter singulas fabulas interposito destructam pulpitumque esse institutum ligneum non esse credendum. Neque exstare certa testimonia, quibus comprobari posset ex profundo et lyram sonuisse et Cyllenen emersisse; contra ex verbis col. XI. 13, 276 θησαυρός, col. XV. 18, 390 ἔνδον ἐγκεκλῃμένος, col. VIII. 11, 195 εἴσιθ' ἴθι concludendum esse in scaenae fronte speluncam simili modo repraesentatam fuisse atque in Cyclope fabula Euripidea.

Vides ex iisdem ut fabulae satyricae ita antiquorum theatrorum reliquiis viros doctos sententias petivisse diversissimas, neque rem difficillimam ad finem perducere posse mihi videor, sed haud scio, an operae pretium sit eos qui ad apparatum scaenicum spectant Jndagatorum locos diligentius examinare.

Neque aedificium neque antri introitum perspicuum

---

129) cf. Poll. IV 132, Robert H 1912 p. 539, Die Scenerie des Aias, der Eirene und des Prometheus H XXXI 1896 p. 538, 550, Zur Theaterfrage H XXXII 1897 p. 421 sqq.

Cuniculi subterranei Sicyone, (cf. Doerpfeld-Reisch l s. s. p. 117) Eretria, (p. 112) Magnesia (p. 154), alibi effossi sunt, qui tamen cui fuerint usui, est quod dubites; cf. Bethe l s. s. p. 84 sqq., A. Mueller l s. s. p. 149, Reisch l s. s. p. 248, Wilamowitz J. J. 1912 p. 457 adn. 1. Athenis certa vestigia eiusmodi institutionis non exstant, cf. Doerpfeld-Reisch p. 58 sqq.

130) Cum Koerteo consentit Vollgraff p. 86.

fuisse et Robertus dicit et Wilamowitzius, qui tamen tres vias satis sine dubio perspicue in orchestra designatas ad hoc antrum ferre ex versu conclusit col. VII. 10, 168:

ἀλλ' εἶ' ἐφίστω τριζύγης οἴμου βάσιν

p. 456: „Voher muß aber aus einem späteren Verse herangezogen werden, daß ein Dreiweg auf der Bühne bezeichnet war, und da man doch nur denken kann, daß die Wege auf die Höhle zuführen, ergibt sich das Bühnenbild: der Chor steht auf der Orchestra und verteilt sich in drei Gruppen, die nun in die Tiefe des Spielplatzes vorgehen, so daß ihre Richtungen leise konvergieren. Je tiefer das nach hinten führt, um so besser. Wünschenswert, aber auch leicht erreichbar, ist, daß das Gelände ansteigt: wir sind doch auf der Kyllene. Hinten ist nichts einem Gebäude, einem Eingang Ähnliches."

Quid hoc trivium sibi vult? Si sensum verba tradita praebere putamus, ea alio modo explicari nequeunt atque Wilamowitzius proposuit; cogitemus igitur necesse est chorum canere et saltare exorsum in tres diversos locos tripertitum discessisse, cantico finito rursus coniunctum ante antrum constitisse. Miramur autem Sophoclem montis Cyllenes vastae et aviae solitudinis imaginem, quam ante spectatorum oculos surgere volebat[131]), ipsum tribus his viis propositis perturbavisse. Num indagatoribus qua procederent via indicare opus erat? Hanc ad rem suppeditabat et lyrae vox iam audita et ad eandem partem illos ferentia vestigia iam indagata. Quae secutos satyros ad antrum pervenisse testantur versus col. VII. 24, 182: στίβος ὁδενεσ[. . . . . .

---

131) cf. col. II, 4 v. 30/31 [. . . . . . . Κυλ]λήνης τε δύ[σβατον [. . . . .] τε χῶρον ἐς δ' ὁ[et Huntii adnotationem ad h. l. O. P. p. 69., col. IX, 6, 215 θῆρες, τί τόνδε χλοερὸν ὑλώδη πάγον ἔνθηρον ὡρμήθητε σὺν πολλῇ βοῇ;

et col. VIII. 11, 195: ἔπιθ' ἔπεχ' εἴσιθ' ἴθι[132]). Num ex tribus diversis locis eos profectos esse probabile est? Mercurium gregem non tripertitum egisse supra vidimus; chorum igitur non tripertito, sed continenti agmine inde ab eo loco, quo vestigia indagata erant, processisse rerum condiciones ex versibus exstantibus satis perspicuae docent.

Trivium igitur non tantum plane supervacaneum est, sed etiam actionem scaenicam magis perturbat quam eam ad intellegendam adiuvat. Accedit forma τριζύγης[133]), quae excusationem fortasse haberet, si res ipsa defendi posset, quae tamen ad ceteras offensiones addita illius facit momentum. Muenschero igitur et Vollgraffio assentior, qui verba tradita in dubitationem vocant.

Pearson illa sic interpretatur p. 210:

ἀλλ' εἶ' [ἀ]φίστω τριζύγης οἴμου βάσιν,

quae significare vir doctus vult: agedum, noli cunctari; cunctatorem enim dici solere in trivio esse. Quod dictum ita explicandum esse apparet, ut ille cunctator, utram viam duabus propositis sequatur, nesciat. Haec autem haesitatio finita erit non cum a trivio ille discesserit, sed cum alterutram delegerit; qua de causa dubito, an verba τριζύγης οἴμου ἀφίστω „a trivio discede" illum quem vir doctus dicit sensum habeant.

Contra Vollgraff in voce τριζύγης litteras ει in η corruptas esse censet, quod per se sine dubio probabile est, nam hae litterae facile inter se permutantur[134]). Si

---

132) cf. infra adn. 144 p. 85 sqq. Roßbach B. ph. W. 46, 1912 p. 1460 proposuit v. 182: στίβος ὅδε νέος. Fortasse in litteris deletis latet verbum ἔνεστιν ἰδεῖν vel tale quid; sed quominus certiora efficiamus, obstant numeri difficillimi.

133) cf. Vollgraff p. 88/89. De aspiratione vocum εἶα et οἶμος cf. Hunt O. P. p. 71 ad col. IV. 7, p. 75 ad col. VII. 10, Wilamowitz p. 456 adn. 3.

134) cf. Huntium ad col. VIII. 8, O. P. p. 75., de trivii

autem vir doctus hunc versum ad chori ζυγά pertinere censet, illius coniectura:

ἀλλ' εἶ' ἐφίστω τριζυγεὶ 'ς οἴμου βάσιν

„agedum tribus ordinibus dispositus insiste viam" stare nequit, nam aut quinque aut quattuor chori erant ordines, qui ζυγά appellabantur[135]), non tres. Ad chori autem catervam collocandam et ordinandam mihi quoque hic versus spectare videtur, qui cum Wilamowitzio sic emendatus:

ἀλλ' εἶ' ἐφίστω τρίζυγ' εἰς οἴμου βάσιν

significat: agedum viam insiste (ἐφίστω οἴμου)[136]) triiugem, id est triplicem, ad gressum. (τρίζυγ' εἰς βάσιν).

Gressus autem saltatorius — hunc enim dictum esse consentaneum est —[137]) triiugis esse non potest, nisi ternis choreutis eodem tempore et in eodem ordine saltantibus. Terni autem choreutae in singulis chori ordinibus consociati simili modo eodem tempore pedes levabant ad saltandum, quo ad procedendum uno iugo

---

forma Muenscherum p. 182. Compitum ad designandum Sophocles in suis tragoediis his verbis usus est: Oed. Tyr. 730 τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς, 733 σχιστὴ δ' ὁδός, 800/801 τριπλῆς κελεύθου, 1398/1399 τρεῖς κέλευθοι, τριπλαῖς ὁδοῖς, Oed. Col. 900/901 δίστομοι ὁδοί, 1592 κελεύθων ἐν πολυσχίστων μιᾷ; cf. adn. 138, de Wilamowitzii coniectura O. P. p. 75.

[135]) cf. Poll. IV 108 μέρη δὲ χοροῦ στοῖχος καὶ ζυγόν. καὶ τραγικοῦ μὲν χοροῦ ζυγὰ πέντε ἐκ τριῶν καὶ στοῖχοι τρεῖς ἐκ πέντε· πεντεκαίδεκα γὰρ ἦσαν ὁ χορός. Phot. s. v. ζυγόν· ἐν μὲν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τὸ ἐκ τῶν τριῶν· ἐν δὲ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τῶν τεττάρων. s. v. τρίτος ἀριστεροῦ· ἐν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τριῶν ὄντων στοίχων καὶ <πέντε> ζυγῶν, ὁ μὲν ἀριστερὸς στοῖχος ὁ πρὸς τῷ θεάτρῳ ἦν, ὁ δὲ δεξιὸς πρὸς τῷ προσκηνίῳ.

[136]) Constructio ἐφίστω οἴμου Sophoclea est; cf. Oed. Tyr. 825 ἐμβατεύειν πατρίδος, Oed. Col. 400 γῆς δὲ μὴ 'μβαίνῃς ὅρων, 189 εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες, 689 πεδίων ἐπινίσσεται, 924 σῆς ἐπεμβαίνων χθονός.

[137]) cf. Poll. II 199: καὶ βάσις δὲ παρὰ τοῖς μουσικοῖς λέγεται τὸ τιθέναι τὸν πόδα ἐν ῥυθμῷ.

coniuncta iumenta, ad quae propria et naturalis vocis ζυγόν significatio revocanda est[138]).

Silenus igitur choreutas, qui in diversas partes ad id temporis divisi vestigia indagaverant, iubet viam insistere κατὰ ζυγά constitutos, quae chori instructio ad rerum condiciones supra expositas aptissima est[139]). Senem illos, periculo cum se offerrent, non sivisse in in tuto remanere invitumque vi secum duxisse Vollgraffium p. 85 et 87 recte intellexisse puto[140]); numeri carminis soluti, exclamationes parum inter se cohaerentes, ipsa verba τρίζυγ' εἰς βάσιν indicare videntur singulos ordines saltasse et cecinisse.

Hic igitur locus, qui ad res non scaenicas sed choricas spectat, in censum cum non veniat, pergamus ad montem Cyllenen, quem satyros quoquo modo in scaenae fronte repraesentatum perspexisse ex versu col. VIII. 11, 195: ἔπιθ' ἔπεχ' εἴσιθ' ἴθι ut Koerte ita Vollgraff p. 86 recte sine dubio conclusit. Neque Wilamowitzii coniecturam O. P. p. 75: ἔπιθ' ἔπεχ' ἔπιθ' ἴθι illius et Roberti sententiam ad confirmandam multum

---

[138]) cf. Soph. fragm. 502 Nauck² χαρίτων τριζύγων, Hesych II p. 256: ζεῦγος τριπάρθενον· Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ· καὶ Σοφοκλῆς Σισύφῳ· 'χαρίτων ζυγῶν' — χαρίτων τριζύγων restituit Musurus —, Eurip. Hel. 357 τριζύγοις θεαῖσι; hoc loco eaedem deae dictae sunt, quae Troad. 924 appellantur τρισσὸν ζεῦγος τριῶν θεῶν, utroque enim loco de Paridis iudicio sermo est. Quinti saeculi igitur poetae propriae vocis ζυγόν significationis minime obliti erant; vel hac de causa adiectivum τρίζυξ ad trivium pertinere non posse apparet.

[139]) Instructionem saltatorum κατὰ ζυγά factam esse dico, si quinque ordines ternos continentes choreutas (ζυγὰ πέντε ἐκ τριῶν, cf. adn. 135) adversam frontem scaenae praebebant. Apud viros doctos, qui rebus choricis operam navaverunt, discrepantias invenies, quas tollere infra app. II p. 98 sqq. studui.

[140]) Fortasse senex vi abductus clamorem edidit, cuius memoriam charta non nobis servavit; cf. adn. 105 p. 59.

adiuturam esse puto; verba enim quamvis immerito permutata tamen indicant choreutas alios ut impetum facerent adhortatos esse alios[141]), qui adversarii domicilium quin viderent, fieri omnino non potuit. Ad hoc domicilium autem ut pervenirent, satyri sursum ascenderunt, dicunt enim col. VIII 12 v. 196: τ[ὸ] δὲ πλάγιον ἔχομ[εν, quae verba Muenscherum p. 183 secuta sic interpretor: in clivum iam ascendimus, id est ascensum iam superavimus[142]). Satyri igitur in loco plano constiterunt, satis amplo et spatioso, utpote qui totum chorum caperet,

---

[141]) Cum hoc loco quodam modo comparare licet Avium versum 344: ἔπαγ', ἔπιθ', ἐπίφερε πολέμιον ὁρμὰν φονίαν.

[142]) cf. Plat. Crit. p. 112 B ᾠκεῖτο δὲ τὰ μὲν ἔξωθεν, ὑπ' αὐτὰ τὰ πλάγια αὐτῆς (id est τῆς ἀκροπόλεως) ὑπὸ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν γεωργῶν, ὅσοι πλησίον ἐγεώργουν. Geopon. V. 2, 14 γῆ πρὸς φυτείαν χαμαιζήλοις μὲν ἀμπέλοις ἐκείνη ἐστὶν ἐπιτηδειοτέρα, ἡ ἐν τοῖς πλαγίοις καὶ ἠρέμα ἀνακεκλιμένοις καὶ ὑψηλοτέροις καὶ ξηροτέροις τόποις. Aliam significationem πλάγιον hoc loco habere vix potest; nomen ad hanc vocem pertinens fortasse intercidit. De scaenae pulpito virorum doctorum controversiae me interponere in animo non habeo; Wilamowitzii in sententiam concedo censentis (Die Bühne des Aischylos H. XXI 1886 p. 603) fabulas ipsas optimas de rebus scaenicis esse magistras; quod nova haec Sophoclis fabula docet intellegere studeo. Non quod pulpitum Vitruvianum indagatoribus tribuam expugnandum duodecim pedes altum et angustum; sed sunt qui nonnullos locos et in comoediis et in tragoediis exstantes testes producant ante scaenae domum nonnumquam scaenam fuisse ligneam tam humilem et latam, ut commercium inter histriones et choreutas non impediret; sed si quis virorum doctorum meliorem loci Sophoclei explicationem habet, equidem libenter cedo. De re cf. Hoepken, De theatro Attico saeculi a. Chr. n. V., Bonn 1884, Doerpfeld-Reisch p. 176 sqq., Bethe l. s. s. p. 241 sqq., Bodensteiner, Szenische Fragen über den Ort des Auftretens und Abgehens von Schauspielern und Chor im griechischen Drama F. J. Suppl. XIX 1893 p. 696, Albert Mueller, Untersuchungen zu den Bühnenaltertümern Ph. Suppl. VII 1899 p. 1 sqq., Fensterbusch l. s. s. p. 1 sqq., alios.

paululum supra orchestram elevato, in extrema illius parte, ut videtur, sito. Nam casu certe non accidit, ut hic collis illis ipsis commemoraretur locis, quibus res prope scaenam agebantur; Apollo in prologo montem in scaenae fronte fortasse pictum vel linteis rupium colore propositis repraesentatum[143]) Cyllenen appellatum esse spectatores docet col. II. 4, 31 sqq.; dum in orchestra satyri vestigia indagant, clivi numquam fit mentio; tum autem illi ascendisse dicuntur, cum ad antrum illos pervenisse nemo non intellegit[144]); Cyllene e sede sua

143) Vollgraff p. 86 de linteis pictis superinductis cogitat, quod a probabilitate certe non abhorret. Robertus, qui Bethei librum inscriptum Prolegomena z. Geschichte d. Theaters recensuit, G. G. A. 1897 p. 36, dicit: „Was berechtigt uns nun zu der Supposition, daß jene Höhlen und Strandfelsen, auf die Vorderwand der Skene aufgemalt und nicht wie bei Aischylos körperlich dargestellt, aus Bohlen und Steinen aufgebaut waren? Vielleicht lagen sie nicht mehr in der Mitte, sondern in der hinteren Hälfte der Orchestra, das wage ich nicht zu entscheiden. Aber das behaupte ich, daß die alte Art der Herstellung die einfachere, praktischere, billigere und wirkungsvollere war.“ Hoc viro docto concederem, si unam fabulam ad edendam Athenienses hoc aedificium ex lapidibus tignisque exstruxissent; sed cum tres comoedias, novem tragoedias, tres fabulas satyricas ante eundem montem eandemque speluncam actas esse vir doctus adhuc mihi non persuaserit, contendere audeo et simplicius et ad rerum condiciones aptius et minoris fuisse pretii unum idemque aedificium ita instituere, ut in fronte modo mons, modo domus, modo silva repraesentari posset, prout fabula edita scaenicum flagitabat apparatum. Hanc ipsam ad rem scaenographiam quae dicitur vel ab Aeschylo vel a Sophocle inventam esse quispiam dixerit, quamvis ambigua de huius artis primordiis nobis tradita sint testimonia; cf. A. Mueller, Lehrbuch p. 116, Ph. Suppl. VII, 1899 p. 15, Suppl VI 1891—1893 p. 15/16, Vollgraff p. 86. Utrum hac arte adhibita an alia ratione scaenae aedificium ligneum in montem Cyllenen conversum fuerit, non liquet.

144) Vollgraff hoc ex versu 195 conclusit; accedit

montana egressa eum nominat col. IX. 6 v. 215. Mons Cyllene igitur eo loco perspicuus erat, ubi scaenae exstructa erat domus; antri autem aditus paululum elevatus in montis clivo cogitandus est simili modo atque in Philocteta Sophoclis et Avibus Aristophanea[145]).

Januam, quae hunc aditum praecluderet, non commemoratam esse Robertus recte admonuit p. 538; perinde in Avibus Pisetaerus et Euelpides non ianuam pulsant, sed contra saxum lapides mittunt (v. 56 sqq.) a cornice et graculo certiores facti in montis cacumine upupae quem quaerunt esse nidum v. 49:

Π. ἡ κορώνη μοι πάλαι
ἄνω τι φράζει. Εὐ. χὠ κολοιὸς οὑτοσὶ
ἄνω κέχηνεν ὡσπερεὶ δεικνύς τί μοι·
κοὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐκ ἔστιν ἐνταῦθ᾽ ὄρνεα.
εἰσόμεθα δ᾽ αὐτίκ᾽, ἢν ποιήσωμεν ψόφον.

Neque haec spes eos fefellit, nam paulo post mons patet et upupae servum emittit v. 61 sqq. Antri aditum non magis quam illi indagatores perspiciunt, lyrae autem vox ex profundo monte sonare illis videbatur, cavernam igitur non in superiore sed inferiore montis parte esse ratus coryphaeus et solum pedibus pulsat et contra saxum calcitrat πηδήμασιν κραιπνοῖσι καὶ λακτίσμασιν[146]).

Nypham autem hoc strepitu excitatam ex monte

---

quod Silenus, qui ex proximo propinquo sonum audit, tunc demum rem intellegit, quod, dum colloquium inter Silenum et chorum fit, hic procedere vix potest, quod coryphaeus, ut montis incolam eliciat, paulo post maxime dat operam col. IX 2, 211 sqq.

[145]) cf. Woodhouse, The Scenic Arrangements of the Philoktetes of Sophocles J. H. St. XXXIII 1912 p. 239 sqq., Bodensteiner l. s. s. p. 698/699, supra adn. 143.

[146]) cf. col. IX. 4, 213., de versuum distributione adn. 106 p. 60. Verbo εἴσιθ᾽ mea quidem sententia poeta exspectationem exprimit introitus videndi montis aspectu in satyrorum animis excitatam;

Cyllene patente egressam, corporis magnitudine choreutis parem, dignitate et maiestate sese efferentem non minus Athenienses delectasse dixerim, quam si sub satyrorum pedibus paulatim ascendisset. Cyllenen enim ex profundo emersisse ne verbo quidem poetam indicasse Koerte recte admonuit, qua de causa eam exisse puto per scaenae domus ianuam et materia et colore rupibus ita accommodatam, ut ab eis distingui facile non posset, atque hoc modo a spectatorum in caveis satis remotis sedentium conspectu obtectam velut in Avibus Aristophanea. Fabula ineunte neque Apollinem introitum vidisse neque satyros boves quaerentes hac ratione facile explicatur.

Nullus igitur locus in charta traditus testatur ornatum scaenicum in Jndagatoribus fabula prorsus diversum fuisse ab eo, quo Athenienses utebantur alias ad edendas, Aves dico, Philoctetam, Cyclopem, quibus caverna quamvis diversis rationibus in montem immissa repraesentata erat. Jmmo vero Koerteo et Vollgraffio concedendum est per se esse probabilius Sophoclem, quem primo Triptolemo fabula data decem annis ante vicisse scimus, quam Aeschylus Orestiam doceret magno et fere perfecto adhibito scaenico apparatu, tabernaculum ligneum habuisse[147]. Jn Aiace fabula, quae certe inter

ascensum dum illi perficiunt, sibi fingunt se eo, quo volebant, iam pervenisse; sed postquam ante antrum constiterunt, non vident aditum, audiunt autem iterum lyrae vocem. Quae antea fiebant, hoc modo facilius explicantur. Nam ineunte fabula et Apollo et satyri, furem cum persequerentur, antrum aequo animo praeterierunt; coryphaeus nunc saltans et contra saxum calcitrans cavum spatium, unde sonus prodibat, quaerere videtur.

147) Wilamowitz H. XXI. p. 597 sqq. scaenae domum inde ab anno fere 465 exstrui solere censet, cui multi viri docti assentiuntur, obloquuntur autem Bethe l. s. s. p. 83 sqq., Todt, Noch einmal die Bühne des Aischylos Ph. 48, 1889

priores Sophocleas enumeranda est, usque ad versum 815 hoc tabernaculum Aiacis tentorium est; inde ab hoc versu res in regione aguntur deserta, ab arbitris remota, cf. v. 657: μολών τε χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω. Quae quomodo repraesentata fuerit, viri docti adhuc dissentiunt; facilius sine dubio erat ante fabulam initam aedificium ligneum in montem quam mediis in rebus tentorium in solitudinem aviam permutare.

Wilamowitzius et Robertus imprimis nituntur his versibus ab illo egregie restitutis col. X 7 v. 243:

ἐν τόποις τοῖσ[δε τίς νέρθε γᾶς ὧδ' ἀγα-
στῶς ἐγάρυσε θέσπιν αὐδά[ν;

et XI. 18 v. 281:

τοιόνδε θη[ρὸς ἐκ θανόντ]ος ἡδονῆς
ἔμμεστον ἄ[γγος εὗρε κ]αὶ κάτω δ[ονεῖ] [148]).

Quas coniecturas neque reiciendas esse neque contra meam sententiam facere puto. Nam cum ante cavernam quandam, quae aditum satis angustum in montis clivo habet, constiteris, saepissime tibi vel hominum vel instrumentorum voces fuscae, cavis fractae et repercussae parietibus ex profundo monte prodire videbuntur; immo

p. 505 et A. Mueller, qui huius commentationem recensuit Ph. Suppl. VI, 1891—1893 p. 8 sqq. Ex superiore quam hoc fere anno Sophoclis fabulam repetendam esse adhuc nemo comprobavit; cf. Wilamowitz J. J. 1912 p. 461/462, Koerte p. 562, Marquart l. s. s. p. 60 sqq., Muenscher p. 190. Muenscherus recte fortasse suspicatus est Sophoclem duobus usum esse histrionibus, nam duobus ille contentus esse potuit, quorum alter fortasse Apollinis et Cyllenes, alter Sileni et Mercurii partes suscepit, (cf. Vollgraff p. 172) nisi forte Muenscheri distributionem praefers. Sed quo anno tertium Sophocles induxerit nescimus, neque apparet, statimne hoc inducto tres egerint fabulas omnes; eae quae aetatem tulerunt fabulae non sufficiunt ad rem diiudicandam.

[148]) Koertei propositum p. 561 κατῳδικόν pro κάτω δονεῖ minus placet.

vero nonnumquam, cum intraveris, animadvertes re vera solum inde a vel introitu vel posteriore quodam loco altius demitti; antra ad perpendiculum fere in montem pertinentia, ex quorum aditu homines simili modo emergunt atque Charontis scalarum ope umbrae rariora, quod sciam, sunt[149]). Quemadmodum quinti saeculi poetae

---

[149]) Robertus hoc sensisse videtur; ille enim p. 538 sqq. Mercurium facit habitantem in terrae hiatu, cuius in fragmentis nobis servatis ne vestigium quidem exstat. Coniecturae col. VIII. 24 v. 206 στέγη, IX. 23 v. 232 στέγῃ, X. 25 v. 261 στέγην, XI, 2 v. 265 σπέος illi displicere videntur, utpote quae contra hanc sententiam faciant; sed quo meliore modo hi versus restituendi sint, ille non dicit. Ex versibus col. IX, 1—7 et col. XI 12, 13:

κἀξορμενίζει κοὐκέτι σχολάζεται
βλάστη· τοιόνδε παῖδα θησαυρὸς στέγει

Jane Ellen Harrison intellexit Mercurii collem thesaurorum qui vocantur formam habuisse. Inferiorem illius domicilii partem fuisse subterraneam, superiorem autem umbilici instar e media orchestra eminuisse et per portam quandam in summo vertice factam Cyllenen, „the local earth-mother“ in lucem emisisse. Haec omnia enim ad terrae matris religionem pertinere, cf. p. 147: „In a word, the scene presented in the Ichneutae is a form of the Spring d r o m e n o n, the resurrection of life and nature from its winter death“. Hac de causa Sophoclem terram matrem Cyllenen „an omphalos house-treasury-tomb“ (p. 150) incolentem fecisse. Weizsaecker autem R. L. II 2 p. 2234 et Preller-Robert l. s. s. p. 390 Maiam ipsam, utpote quae Mercurium deum peperisset, terram matrem fuisse suspicantur; quo iure montis Cyllenes domina hunc honorem sibi vindicaverit, equidem non video. Neque apparet, cur Sophocles Phrygiorum et Armeniorum thesaurorum animo sibi finxerit formam, quam neque illum neque spectatores novisse veri est simillimum, nam Vitruvius (de architect. II 1, 5) et Xenophon (Anab. IV. 5, 25), qui de horum populorum domiciliis rettulerunt, post poetae aetatem vixerunt. Graecum autem thesaurum sicut antiquissimas domos rotundas aditum in inferiore aedificii parte habuisse inter omnes constat; cf. Bulle, Orchomenos, München 1907 p. 22, Pfuhl, Zur Geschichte des Kurvenbaus A. M. XXX 1905 p. 347;

Attici scaenico in instituendo apparatu res imitati sint veras, nescimus, neque Jndagatorum quae suppeditant fragmenta docent, Sophoclesne antri sibi finxerit posteriores partes penitus in profundam montis altitudinem penetrare; si autem mirabilem citharae effectum poeta augere voluit, illius vocem ex profundo sonantem tam facile inducere potuit scaenae domo quam pulpito ligneo acclivi vel cuniculo quodam subterraneo usus, qui fueritne umquam in Atheniensium theatro, valde dubium est[150]. Sive leve tabernaculum ad orchestram adiacebat, sive illud in extrema eius parte erat exstructum[151], altae illae substructiones, de quibus supra dixi[152], histrioni amplum praebebant locum. Hinc ille a spectatorum oculis remotus et citharae vocem attenuatam et depressam, velutsi ex profundo monte sonaret, emittere et tabulatis ligneis scalisque comparatis in scaenam prodire potuit sive pedibus suis sive in lecto iacens.

Corssen, qui Harrisoniae est testis, dicit (Das Gefängnis der Antigone J. J. XVI 1913 p. 229): „Nur über den Zugang sagt er etwas und läßt uns nicht darüber im Zweifel, daß er zu ebener Erde, nicht aber, wie in dem Vestalinnengefängnis, von oben war.“ Mercurii mons puerum tegit, qui ceteris ita antecellit ut vasa aurea in thesauris servata iis, quibus homines cottidie utuntur. Utrum ille hac de causa an propter formam θησαυρός dictus sit, non liquet, si propter formam, aditus certe non in vertice erat. Adnotandum est et Mercurii antrum Cyllenium et Jovis Jdaeum aditum declivem habuisse, cf. Scheffler l. s. s. p. 1/2, Halbherr et Orsi l. s. s. p. 691; Philoctetae caverna cuniculi instar per rupes perfossas penetrans, quamvis singularis, tamen contra rerum naturam fuisse non videtur; cf. Woodhouse l. s. s. p. 241 sqq.

150) cf. adn. 129 p. 79.

151) cf. Doerpfeld-Reisch p. 193 sqq., Robertum H. XXXII 1897 p. 423 sqq.

152) cf. Doerpfeld-Reisch p. 26/27, p. 198, p. 248 sqq.

De Indagatorum fabulae exitu.

Si recte adhuc ratiocinati sumus, rerum condiciones in hac fabulae parte similes erant atque in hymni versibus 401 sqq. Phoebus enim in carmine epico duas cum fratre altercationes habet, alteram in monte Cyllene, de qua supra diximus, alteram apud Alpheum flumen, quo Jovis iussu fratrem comitatus Mercurius boum latebras illi indicavit. Jovis iudicio inter haec colloquia in hymno interposito poeta scaenicus satyris indagatoribus inductis carere potuit; grege praeterea in Cyllēnio antro occultato, duobus igitur locis in unum quasi redactis, postquam Apollinem fratrem convenientem fecit, ad eundem rerum statum pervenit, quo poeta epicus loco supra dicto. Qua re cognita non nimis audacter me progredi dices, si in fabula satyrica rem simili modo evenisse coniecero: Apollo simulatque fratrem e lecto rapuit, quacumque voles ratione impeditus est, quominus grege potiretur[153]). Iratus ille adulescentem puniturus est, Mercurius autem lyra ex vestimentis prompta cum canit, fratrem sibi conciliat.

Dum reconciliatio fit, deum versutum dolum fratri nexuisse a fide non abhorret. Kurfess Mercurium a Phoebo arcum surripuisse suspicatur, ut Horatius narrat in carmine I. 10, quam fabulae versionem poetam Latinum Alcaeo debere viri docti ex Porphyrionis scholiis ad hoc carmen et Pausaniae quodam loco (VII. 20, 2; II. 2 p. 733 ed. Hitzig-Bluemner) iam dudum intellexerunt. Attamen non est, cur Sophoclem poetam lyricum secutum esse putemus, ut Kurfess vult; si re vera ille

---

[153]) cf. hymni versus 409 sqq., infra app. II p. 96. Utrum similes atque in hymno Mercurii fraudes Sophocles finxerit an aliam quandam Phoebi decipiendi excogitaverit rationem, bovesne ille fecerit in orchestram prodeuntes, diiudicari nequit.

Mercurium induxit Apollinis irati umeris arcum et pharetram amoventem, veri multo est similius illum talia finxisse hymni poeta auctore atque hisce illius versibus usum 514 sqq.:

Δείδια Μαιάδος υἱὲ διάκτορε ποικιλομῆτα[154])
μή μοι ἀνακλέψῃς κίθαριν καὶ καμπύλα τόξα.

Nam poetae epici vestigia illum pressisse comprobasse mihi videor; fabulae illi, quam ex hymno, pro Homerico sine dubio aestimato, cognitam habebat, habitum, ut ita dicam, induit scaenicum Cyllene nutrice, Sileno, satyris inductis, aliis additis, aliis permutatis, sed sub hoc vestimento accuratius intuentes priscam formam agnoscere possunt.

---

154) Terzaghi Introduzione p. 42 alios viros doctos secutus exitum hymni inde a versu 512 interpolatori attribuit ex Alcaeo pendenti, quam quaestionem intricatam, utpote a meo proposito alienam hoc loco aggredi in animo non habeo; satis est adnotare novam interpretandi viam nuper indicasse Kuiperum l. s. s. p. 47 sqq. De ratione, quae inter hymni poetam et Alcaeum intercederet, aliter atque Terzaghi Robertus indicavit H. XLI 1906 p. 416/417.

Appendices.

I. Exempla subieci vocum ἴχνος et τορῶς significationem ad illustrandam.

a) ἴχνος.

Apud Euripidem haec vox vel plantam pedis vel pedem ipsum significat hisce locis: Phoen. 104 ἀπὸ κλιμάκων ποδὸς ἴχνος ἐπαντέλλων. Phoen. 1390 ποδὶ μεταψαίρων πέτρον ἴχνους ὑπόδρομον. Vestigium non χρυσεοσάνδαλον dictum esse manifestum est, cf. Or. 1468, Iph. Aul. 1042. Cum verbo τιθέναι vel ἴχνος vel ἴχνος ποδός coniunctum est El. 859, Iph. Taur. 752, Jon 741, Or. 1439, Phoen. 836, 1718.

Similia haec sunt: ἴχνος ἀλλαξώμεθα El. 103, τῷ συνῆψ' ἴχνος ποδός; Jon 792, πορθμεύων ἴχνος Iph. Taur. 266., ποδὸς ἴχνος βαλεῖν Rhes. 721, ἴχνος ἐξελίσσουσιν ποδός Troad. 3.

Hec. 1058 codicum lectionem:

τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου
τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα κατ' ἴχνος;

Weil correxit in:

τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου,
τιθέμενος ἐπὶ ποδὶ κατ' ἴχνος χέρα;

ἴχνος enim vestigium significare censuit. Cautius Porsonius iudicavit (ad v. 1042); ille autem vel particulam καί inserere voluit: „καὶ κατ' ἴχνος, ut ἴχνος simpliciter pro pede capiatur“ vel κατ' in καί permutare. Mihi locus Euripideus sic intellegendus esse videtur: quadrupedis incessum animalis montani innixus manu pedis instar, id est velutsi manus pes esset; eo ipso enim,

quod manu pedis vice utitur, homo quadrupedis incessum imitatur.

Calceamenti solea ἴχνος dicta est Or. 140:

σῖγα σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης
τίθετε, μὴ κτυπεῖτ'.

Transitus denique in significationem vestigium ex hoc Electrae loco perspicuus est (v. 532):

σὺ δ' εἰς ἴχνος βᾶσ' ἀρβύλης σκέψαι βάσιν,
εἰ σύμμετρος σῷ ποδὶ γενήσεται, τέκνον.

b) τορῶς.

Apud Aeschylum et Euripidem adverbium τορῶς eum quem supra exposui habet sensum. Aeschylus dicit τορῶς λέγειν Prom. 609, Suppl. 196, Ag. 269, φράζειν Ag. 1584, ἀπαγγέλλειν Ag. 632, Suppl. 931, ἀγγέλλειν Choeph. 741, σημαίνειν Pers. 479, Ag. 26, τεκμαίρειν Prom. 604, ἐπεξελθεῖν Prom. 870; προυξεπίστασθαι Prom. 699; Euripides Jon 696 τορῶς ἐς οὖς γεγωνήσομεν, Rhes. 77 οὐκ ἴσμεν τορῶς, 656 ἀκούσας οὐ τορῶς.

Ab hoc usu non graviter abhorrent auctores nonnulli posteriores; cf. Athen. VI. p. 270 A. ταῦτα τοῦ Δημοκρίτου σαφῶς καὶ τορῶς διεξελθόντος, Lucian Anachars. c. 21 p. 902 R τορῶς ἐπιλέξασθαι, de merc. cond. c. 35 p. 694 R. καὶ ῥήτορα . . . . μελετήσαντα . . . . . . πάνυ τορῶς καὶ ξυγκεκροτημένως, Ael. hist. anim. I 43 ἀηδὼν . . . . . κατᾴδει . . . . εὐστομώτατα ὀρνίθων καὶ τορώτατα. Eustath. opusc. p. 199, 52 (ed. Tafel, Frankfurt 1832): ἐντείνατε τὸ ᾆσμα τορώτερον, Dio Cass. LXIII, 15 τορῶς τε ἐκβοῶντες, LXXV, 12. τορῶς πανταχόθεν τὸ ἀνακλητικὸν σημανθῆναι κελεύσας: tam acuto et firmo clangore signum receptui dare, ut ad omnium aures perveniret, ut omnium aures penetraret. (cf. Suidae glossam s. v. τορόν) Plut. De Pythiae oraculis,

Mor. p. 405 B: ὥσπερ οὖν τὸ κινοῦν τὸ πεζὸν οὐ δύναται κινῆσαι πτητικῶς, οὐδὲ τορῶς τὸ τραυλὸν οὐδ' εὐφώνως τὸ ἰσχνόφωνον . . . . sqq. Hoc loco τορῶς de liquida quadam voce dictum et vocabulo τραυλόν, blaesum oppositum idem fere significat atque σαφῶς, ἀκριβῶς. Ran. 1102 postquam Euripides ab Aeschylo se defendit, de illo chorus dicit: ὅταν . . . . ὁ δ' ἐπαναστρέφειν δύνηται κἀπερείδεσθαι τορῶς, quae sententia non ad verbum, sed ad sensum sic fere explicari potest: cum fugiens ad hostem se convertere posset, ita enisus, ut per rem adversam penetraret.

Adverbium διατόρως virorum doctorum coniectura restitutum est apud Hesychium s. v. διάκτορος· ἄγγελος, ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς ἀγγελίας· ἢ οἷον δια[κ]τόρως καὶ σαφῶς διαλεγόμενος.

Nullum inveni locum, qui Schenklii coniecturam confirmare posset.

II. Addenda ad:

a) adn. 107 p. 63.

Theognidis versus 1023/1024 sic sunt traditi:

οὔποτε τοῖς ἐχθροῖσιν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσω
δύσλοφον, οὐδ' εἴ μοι Τμῶλος ἔπεστι κάρῃ:

Numquam inimicorum sub iugo ponam cervicem — δύσλοφον, id est: nam cervix mea iugum non accipit, etiamsi mons Tmolus capiti meo sit impositus, eam non flectam. Ahrens et Sitzler δύσλοφον ad ζυγόν referre videntur, corrigunt enim ad horum versuum exemplum versibus 1357/1358:

αἰεὶ παιδοφίλῃσιν ἐπὶ ζυγὸν αὐχένι κεῖται
δύσμορον, ἀργαλέον μνῆμα φιλοξενίης

δύσμορον in δύσλοφον; sed si loco supra scripto δύσλοφον non cum voce αὐχένα sed cum ζυγόν coniungimus, Theognidis verba sensu cassa sunt.

b) adn. 153 p. 91.

In hymni versibus 409 sqq. Apollo narratur fecisse vincula, quibus boves utrum ille ligaturus sit an Mercurium, viri docti dissentiunt. Dubium autem esse non potest, quin illi Phoebus vincula sit iniecturus, quem quacumque de causa timet. Boves fore ut aufugerent illum umquam cogitasse non audimus, contra Mercurius, qui, parvulus modo natus, tam indomito robore erat, ut duas boves posset interficere, Phoebi mentem in veros timores redegerat v. 405:

Πῶς ἐδύνω δολομῆτα δύω βόε δειροτομῆσαι,
ὧδε νεογνὸς ἐὼν καὶ νήπιος; αὐτὸς ἐγώ γε
θαυμαίνω κατόπισθε τὸ σὸν κράτος· οὐδὲ τί σε χρὴ
μακρὸν ἀέξεσθαι Κυλλήνιε Μαιάδος υἱέ.

Quibus dictis vincula si deus nectit, haec certe non bubus sunt destinata. Si illas ligasset, ipse eas abducere non potuisset; Mercurius autem vinctus neque ipse magno affectus est damno, neque fratrem impedire potuit, quominus boves auferret. Mercurium igitur Phoebus vincturus est v. 409[155]):

Ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ χερσὶ περίστρεφε καρτερὰ δεσμὰ
ἄγνου· ταὶ δ' ὑπὸ ποσσὶ κατὰ χθονὸς αἶψα φύοντο

[155]) Aliter iudicat Robertus H. 1906 p. 412 Matthiaeum, Hermannum, alios secutus. περίστρεφε imperfectum de conatu esse puto et cum χερσί, dativo non instrumentali, coniunctum significare: manibus fratris iniecturus erat, circum manus flexurus erat dura vincula. Nam cur poeta diserte diceret manibus deum vincula flexisse? Quo alio modo ille ea faceret? Dativus instrumentalis plane supervaneus est.

αὐτόθεν ἐμβολάδην ἐστραμμέναι ἀλλήλῃσι
ῥεῖά τε καὶ πάσῃσιν ἐπ' ἀγραύλοισι βόεσσιν.

Quae verba significant: ita ille dixit et circum manus flexurus erat dura vincula viticis; illae autem, vitices dico, sive eae, inter quas deus stabat, sive novae sub illius pedibus celeriter crescebant, illinc [156]) per terram ita conversae, ut inter se implicarentur, facile etiam super omnes vaccas sub dio pernoctantes contortae.

Transitus a singulari in pluralem numerum 'ἄγνου· ταί' non tantam habet offensionem, ut ferri omnino non possit; apud Aristophanem enim similis permutatio non raro invenitur; cf. Blaydes ad Vesparum versum 553 (Halle 1893 p. 60, p. 280). Germanice poetae verba sic verto: er wollte harte Fesseln um die Hände schlingen von der Weide; diese aber, die Weiden nämlich, wuchsen. Si autem, ut viris doctis placuit, vincula dicta essent Apollinis manibus excidere, — quamquam hanc rem ne verbo quidem poeta indicavit —, solo inhaerere, crescere, inter se implicata circum boves circumfundi, ταί nullo modo ferri posset, sed in τά esset corrigendum, quod fieri metrum non patitur. ταί ad nullam aliam vocem pertinere potest nisi ἄγνου; ἄγνος autem utpote singulari numero usurpatum ramos viticis, vimina significare non potest, sed planta est ipsa. Neque si cum Frankeo ἄγνου in ἄγνων correxero, rem aliter intellegere potero.

c) adn. 78 p. 41.

Quae ratio intercederet inter μέγαρον, domum et templum nuper egregie exposuit Leroux, Les origines

---

[156]) αὐτόθεν significat: inde ab eo ipso loco, ubi Phoebus erat, κατὰ χθονός: per terram, über die Erde hin, ramis per terram diffusis (cf. Ebelingium s. v. κατά 2 d), ἐμβολάδην: ὥστε ἐμβάλλειν ἀλλήλῃσιν.

de l' édifice hypostyle, Paris 1913 p. 1 sqq., qui p. 24 haec demonstravit: „L' édifice-caverne appelé mégaron finit par être un temple, mais commence par être tout simplement la maison.“ De derivatione vocis μέγαρον vide eundem p. 24 adn. 1 et 2.

d) adn. 139 p. 83.

De significatione vocum ζυγόν et στοῖχος.

Naturalem et propriam vocis ζυγόν significationem esse iugum, id est iumenta iugo coniuncta „Gespann“, ut Germanico verbo utar, supra vidimus. Sequitur, ut huic vocabulo notio insit ordinis cuiusdam, in quo singuli singulorum ad latera sunt positi. Huic autem voci si opposita est στοῖχος, στίχος, ea significat seriem quandam vel ordinem, in quo alii post alios constituti sunt, singuli singulos subsequuntur. Hac significatione hae voces antiquitus usurpatae sunt in rebus militaribus. Exercitus enim divisus erat in partes compositas ex centenis, quinquagenis, vicenis quinis militibus, quae λόχοι (cohortes), πεντηκοστύες, ἐνωμοτίαι (manipuli) appellabantur [157]). Enomotiae iuga et στοῖχοι solita instructa acie figuram efficiebant quadratam disparium laterum sicut in choro tragico (cf. Bauer l. s. s. T. III fig. 18, T. IV. fig. 26a I et II):

[157]) cf. Adolf Bauer, Kriegsaltertümer, Iwan Mueller IV 1, München 1892 p. 328 sqq., Droysen, Heerwesen und Kriegführung der Griechen, Freiburg 1889 p. 35 sqq., Vollbrecht, Xenophons Anabasis, Leipzig und Berlin [10] 1907, Exkurs über das Heerwesen der Söldner bei Xenophon § 9 p. 8. Adnotandum est duces extra ordines esse constitutos, lochi igitur his exclusis novenos senos, enomotiae vicenos quaternos continebant milites gregarios.

fig. 1. Enomotia.

μέτωπον

A B

ζυγόν 1 1 ζυγόν

2 2

3 3

4 4

5 5

6 6

C στοῖχος οὐρά στοῖχος D

fig. 2. Chorus tragicus.

μέτωπον

ζυγόν 1 1 ζυγόν

2 2

3 3

4 4

5 5

στοῖχος οὐρά στοῖχος

A—B=ζυγόν 1=πρωτοστάται

C—D=ζυγόν 6=οὐραγοί

Haud raro autem in exercitationibus militaribus accidit, ut iugorum numerus diminueretur, ordinum numerus augeretur et invicem (cf. Bauer T. IV fig. 26, Droysenii tabulam libro IV adiectam fig. I—IV):

fig. 3. μέτωπον


οὐρά

fig. 4. μέτωπον

οὐρά

Si secundum latitudinem octoni milites alii post alios stant, cohortis iuga et στοῖχοι hanc efficiunt figuram,

in qua iuga longiora sunt quam στοῖχοι. (cf. Vollbrecht l. s. s. p. 10 fig. 2):



Vel hac e re apparet discrimen intercedere inter institutiones militares et scaenicas. In exercitu enim numerus militum, qui in iugis consociati erant et ordinibus, varius erat, dummodo in illis alii ad latera aliorum, in his singuli post singulos ponerentur [158]), cum chori

158) Rem ita se habere vel vocum στοιχεῖν et ζυγεῖν usus docet cf. Poll. I 126: τὸ δὲ βάθος στοῖχος καλεῖται· καὶ τὸ μὲν ἐφεξῆς εἶναι κατὰ μῆκος ζυγεῖν, τὸ δ' ἐφεξῆς κατὰ βάθος στοιχεῖν, Thuc. V 68: τῆς τε ἐνωμοτίας ἐμάχοντο ἐν τῷ πρώτῳ ζυγῷ τέσσαρες· ἐπὶ δὲ βάθος ἐτάξαντο μὲν οὐ πάντες ὁμοίως, ἀλλ' ὡς λοχαγὸς ἕκαστος ἐβούλετο, ἐπὶ πᾶν δὲ κατέστησαν ἐπὶ ὀκτώ.

Verba στοιχεῖν et ζυγεῖν in eo quo Pollux tradidit sensu usque ad Arriani tempora inveniuntur, quamquam ordo apud Xenophontem στοῖχος dictus apud eum λόχος est; cf. Bauer l. s. s. p. 329 adn. 1, Arrian. Tact. cap. XXII, 1 p. 386 K et cap. V 4: ὁ δὲ λόχος ὀνομάζεται ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ ἡγουμένου καὶ τῶν μετὰ τούτου κατόπιν τεταγμένων.

Theocritus de Argonautis narrat haec XIII, 32:


ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο.

Ji igitur, qui in iisdem transtris alii aliorum ad latera sederant, cenam communiter paraverunt. Apud rerum militarium scriptores notiones κατὰ ζυγά et κατὰ στοίχους, quantum scio, non inveniuntur.

tragici iuga semper ternos, στοῖχοι initio quaternos, inde a Sophoclis temporibus quinos continerent saltatores.

In Pollucis autem lexico de choreutarum in parodo instructione tradita sunt haec IV 109: καὶ κατὰ τρεῖς μὲν εἰσῄεσαν, εἰ κατὰ ζυγὰ γίνοιτο ἡ πάροδος· εἰ δὲ κατὰ στοίχους, ἀνὰ πέντε εἰσῄεσαν. Quae verba rebus militaribus neglectis nemo dubitabit, quin sic explicanda sint: ternis choreutis eodem tempore et in eodem ordine orchestram intrantibus κατὰ ζυγά parodus fiebat, sin autem κατὰ στοίχους, quini simul ingressi sunt. Quae interpretatio eo confirmatur, quod in parodo καθ' ἕνα facta (cf. Poll. IV. 109) singuli intrabant choreutae. Secundum Pollucem igitur parodus κατὰ ζυγά dicta haec est:


fig. 6. σκηνή



θέατρον

κατὰ στοίχους haec:


fig. 7. σκηνή



θέατρον

Secundum autem Albertum Mueller l. s. s. p. 205, p. 208, Christianum Muff, Chorische Technik des Sophokles, Halle 1877 p. 4 sqq. (cf. etiam R. Arnoldt, Chorpartien bei Aristophanes, Leipzig 1873 p. 183 sqq.) parodus κατὰ ζυγά hoc modo facta est:

fig. 8. σκηνή



θέατρον

κατὰ στοίχους sic:

fig. 9. σκηνή



θέατρον

Undenam haec discrepantia? E rebus orta est militaribus. Albertus Mueller enim admonuit, Lehrbuch p. 206 adn. 4: „Aus Xen. Anab. III. 4, 22 vgl. mit Arr. Tact. 4, 1 p. 265 K erhellt, daß in der Stellung κατὰ στοίχους die Männer eines στοῖχος hintereinander stehen. Vgl. Arrian a. a. O. p. 386 K.“ Incipiamus a Xenophonte. Ille narrat Graecos, cum ex interiore Asia domum redire coepissent, animadvertisse agmen quadratum aequalium laterum non satis commodam esse aciem, si hostes persequerentur. Necesse enim esse ut, si quadrati latera coissent, cum vel angusta esset via, vel montes ita facere cogerent vel pontes, gravis armaturae milites loco suo excluderentur aegreque procederent, cum partim premerentur partim perturbarentur. Ordinibus autem turbatis necessario nullum eorum esse usum. Ubi vero cornua rursus explicarentur, eos divelli, qui ante in artum redacti loco suo essent exclusi, medium igitur inter cornua facile oriri spatium vacuum molestiaque milites affici, quibus hoc accideret hoste persequente. Duces igitur, cum praecaverent, ne iterum acies incommoda damno militibus esset et detrimento, cohortes sex

instituisse eisque duces praefecisse. Hos duces exercitu procedente substitisse et extra cornua cohortes suas duxisse, ne molestiae ceteris crearentur. Sequuntur verba, quibus Albertus Mueller nititur III 4, 22: ὁπότε δὲ διάσχοιεν αἱ πλευραὶ τοῦ πλαισίου, τὸ μέσον ἂν ἐξεπίμπλασαν, εἰ μὲν στενότερον εἴη τὸ διέχον, κατὰ λόχους, εἰ δὲ πλατύτερον, κατὰ πεντηκοστῦς, εἰ δὲ πάνυ πλατύ, κατ' ἐνωμοτίας· ὥστε ἀεὶ ἔκπλεων εἶναι τὸ μέσον. Itaque usque ad id temporis agmen quadratum aequis lateribus processerat acie sic instructa (cf. Vollbrecht p. 28 fig. 14):




fig. 10.
a=milites gravis
b=levis armaturae.
c=impedimenta.

Nunc agmen quadratum inaequalibus lateribus hac ratione instructum est (cf. Vollbrecht p. 30 fig. 15):




fig. 11.
a=tres cohortes delectae a fronte
d=totidem a tergo.
b=ceteri milites.
c=impedimenta.

Angustiis relictis sex illae cohortes, quae substiterant, tres a fronte, totidem a tergo κατὰ λόχους, κατὰ πεντηκοστῦς, κατ' ἐνωμοτίας constitutae medium explebant; si artius erat id, quod laxatum erat, per cohortes (cf. Vollbrecht p. 31 fig. 16):




fig. 12.

sin latius per quingenos (cf. Vollbrecht p. 31 fig. 17):




fig. 13.


sin latissimum per manipulos (cf. Vollbrecht p. 31 fig. 18):



fig. 14.

Apud Xenophontem igitur notiones κατὰ λόχους, κατὰ πεντηκοστῦς, κατ' ἐνωμοτίας non ad exercitus ordines pertinent στοίχους et ζυγά appellatos, sed ad singulas exercitus partes, quae a choro tragico prorsus alienae sunt; qua de causa hic locus neque cum Arriani commentationibus conferri potest, nam apud eum λόχος ordo est idem, qui apud Xenophontem στοῖχος appellatur, (cf. adn. 158 p. 100) neque cum Pollucis testimonio, quod ut ambiguum in dubitationem certe non est vocandum. Quamquam hoc ipsum testimonium docet in rebus scaenicis naturalem et propriam vocum στοῖχος et ζυγόν notionem permutatam esse. Parodo enim hoc modo instituta:


fig. 15. σκηνή



θέατρον

non in tribus illis ordinibus, quos στοίχους appellatos esse Pollux docet (IV, 108: καὶ στοῖχοι τρεῖς ἐκ πέντε), sed in quinque iugis (ζυγὰ πέντε ἐκ τριῶν) choreutae alii ad tergum aliorum procedunt. Nomina igitur ζυγόν et στοῖχος, etiamsi ab exercitu ad chorum scaenicum sunt translata, tamen in re scaenica aliam denique significationem habebant atque in re militari. Rerum militarium scriptores certe non docent catervae sic instructae:

fig. 16. σκηνή




ordines 1—1, 2—2, 3—3 στοίχους appellari, sed qui in hac figura στοῖχοι dicti sunt, apud eos sunt ζυγά, ζυγά autem στοῖχοι. Hanc discrepantiam Albertus Mueller non

sustulit, cum ordinem fig. 7, 15, 16 descriptum κατὰ ζυγά factum esse dixit; immo vero haec designatio neque ad res scaenicas quadrat, nam non ζυγά, sed στοῖχοι eodem tempore et in eodem ordine procedunt, neque ad res militares, nam in exercitu semper iuga alia alia subsequuntur, vocibus igitur κατὰ ζυγά et κατὰ στοίχους usurpatis diversae procedendi rationes inter se distingui vix possunt. Missum igitur faciamus conexum cum Xenophonte et Arriano et Pollucem secuti parodum, cuius formam fig. 7 et fig. 15 descripsi, κατὰ στοίχους, eam, cuius imaginem fig. 6 delineatam vides, κατὰ ζυγά factam esse credamus.

Pollux autem et Photius nos etiam causam huius discrepantiae inter res militares et scaenicas intellegere docebunt, si diligentius eorum testimonia reputaverimus. μέρη δὲ χοροῦ, inquit Pollux IV 108, στοῖχος καὶ ζυγόν. καὶ τραγικοῦ μὲν χοροῦ ζυγὰ πέντε ἐκ τριῶν καὶ στοῖχοι τρεῖς ἐκ πέντε. IV. 109: ὁ δὲ κωμικὸς χορὸς τέτταρες καὶ εἴκοσιν ἦσαν οἱ χορευταί, ζυγὰ ἕξ, ἕκαστον δὲ ζυγὸν ἐκ τεττάρων, στοῖχοι δὲ τέτταρες, ἓξ ἄνδρας ἔχων ἕκαστος στοῖχος. Photius autem vocem ζυγόν sic interpretatur: ἐν μὲν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τὸ ἐκ τῶν τριῶν· ἐν δὲ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τῶν τεττάρων. Ex quibus perspicuum est in rebus scaenicis posterioribus saltem temporibus ordines vocibus ζυγόν et στοῖχος designatos esse non, ut in exercitu, secundum constituendi rationem, sed secundum certum numerum saltatorum, et hos ordines pro partibus quasi chori habitos esse: μέρη τοῦ χοροῦ Pollux eos dicit. Hoc ideo fieri potuit, quod et iidem semper saltatores quamvis mutata positione tamen eadem chori semper constituebant iuga (a k l, m i b, c h n, o g d, e f p fig. 6 et 7) eosdemque ordines (a b c d e, f g h i k, l m n o p, fig. 6 et 7), et ut singula ζυγά scaenica ita στοῖχοι eundem semper continebant choreutarum numerum. Si igitur Pollux docet chori instruc-

tionem κατὰ στοίχους factam esse quinis choreutis simul orchestram intrantibus, nobis persuasum est eam ea de causa ita esse appellatam, quod tres στοῖχοι singuli singulos subsequerentur. Sin autem quinque iuga ex ternis constituta saltatoribus alia post alia procedunt, equidem hunc ordinem κατὰ ζυγά institutum esse contendo, sive de parodo agitur, sive ad ternos instructa satyrorum caterva Mercurii antrum adit[159]):



Hanc autem chori constituendi rationem antiquitus et in parodo et in episodiis solitam et sollemnem fuisse ipsae voces ζυγόν et στοῖχος docent; fieri enim non potuit, ut ordines sic designarentur, nisi primo initio chori iuga et στοῖχοι ita ut in exercitu ordinata erant. Sophocles duodecim saltatoribus tres addidisse narratur; uno igitur auxit numerum iugorum, quae illis temporibus constitutione κατὰ ζυγά plerumque adhibita magni sine dubio momenti erant. Photius s. v. τρίτος ἀριστεροῦ haec

---

159) Albertus Mueller l. s. s. p. 213 adn. 2 iterum contrariis utitur designationibus, hac in re non Muffium quem testatur secutus. Muffius enim l. s. s. p. 214 sqq. in hunc errorem non incidit. Chorum quindecim choreutarum proposui, quamquam de satyrorum numero, qui Indagatores fabulam egerint, nihil constat.

memoriae prodidit: ἐν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τριῶν ὄντων στοίχων καὶ <πέντε> ζυγῶν, ὁ μὲν ἀριστερὸς στοῖχος ὁ πρὸς τῷ θεάτρῳ ἦν, ὁ δὲ δεξιὸς πρὸς τῷ προσκηνίῳ. στοῖχοι autem ad caveas et ad scaenam non erant versi nisi parodo κατὰ ζυγά facta.

Uno Cyclopis fabulae loco choreutas κατὰ ζυγά constitutos fuisse ex poetae verbis, ni fallor, perspicuum est. Versibus 632 sqq. satyri ab Ulixe iubentur manus admovere stipi, quo Polyphemum occaecaturus est. Illi recusant, alii aliam suae ignaviae excusationem confingunt: μακρότερον πρὸ τῶν θυρῶν v. 635 saltatores postremi iugi stetisse puto.

Index siglorum.

A. A. W. Abhandlungen der Königlichen Akademie der Wissenschaften zu Berlin, phil.-hist. Klasse.

A. J. Jahrbuch des Kaiserlich Deutschen archäologischen Instituts.

A. M. Mitteilungen des Kaiserlich Deutschen archäologischen Instituts, Athenische Abteilung.

A. Z. Archäologische Zeitung.

B. Bayr. Gy. Blätter für das Bayerische Gymnasial-Schulwesen.

B. D. Baumeister, Denkmäler des klassischen Altertums, München und Leipzig 1885—1889.

B. ph. W. Berliner philologische Wochenschrift.

F. J. Fleckeisens Jahrbücher für classische Philologie.

G. G. A. Göttingische gelehrte Anzeigen.

H. Hermes, Zeitschrift für classische Philologie.

J. J. Ilbergs neue Jahrbücher für das klassische Altertum.

J. H. St. Journal of Hellenic Studies.

K. Z. Kuhns Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung.

M. d. J. Monumenti inediti pubblicati dall' Instituto di Corrispondenza Archeologica.

O. Olympia. Die Ergebnisse der von dem deutschen Reich veranstalteten Ausgrabung, Berlin 1890—1897.

O. P. The Oxyrhynchus Papyri Part IX 1912.

Ph. Philologus, Zeitschrift für das klassische Altertum.

Ph. U. Philologische Untersuchungen.

P. W. Paulys Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft, neue Bearbeitung von Georg Wissowa.

Rh. M. Rheinisches Museum für Philologie.

R. L. Ausführliches Lexicon der Griechischen und Römischen Mythologie herausgegeben von W. H. Roscher.

W. kl. Ph. Wochenschrift für klassische Philologie.

Index editionum et commentationum

quae ad Sophoclis fabulam pertinent.

Allègre, Les Limiers, Revue des Études Anciennes 1913, XV. p. 237 sqq.

Bignone, Studi critici su gl'Ichneutai di Sofocle, Atti della R. Accademia delle scienze di Torino 1913 p. 774 sqq.

Bucherer, Zu Sophokles' Ichneutai B. ph. W. 35, 1912 p. 1107. Idem recensuit Roberti interpretationem Germanicam ed. I, Berlin 1912 et Terzaghii editionem, Firenze 1913 B. ph. W. 19/20, 1913 p. 577, Diehlii Supplementum Sophocleum B. ph. W. 33, 1913 p. 1027, Roberti interpretationem ed. II. B. ph. W. 1, 1914 p. 1 sqq.

Diehl, Supplementum Sophocleum, Bonn 1913.

Harrison, Sophokles, Ichneutae, col IX. 1—7, Essays and Studies presented to William Ridgeway, Cambridge 1913 p. 136 sqq.

Hunt, ed. I. O. P. Nr. 1174, ed. II. Tragicorum Graecorum fragmenta papyracea, Oxonii 1912, cuius editionis sequor numeros et lectionem, nisi differentia notatur.

Koerte, Literarische Texte mit Ausschluß der christlichen, Archiv für Papyrusforschung V 4, 1913 p. 559 sqq.

Kurfess, De Sophoclis Indagatorum fontibus, Mnemosyne 1913 p. 111 sqq.

Maas, Zu den neuen Klassikertexten der Oxyrhynchos-Papyri B. ph. W. 34, 1912 p. 1075. Idem recensuit Huntii editionem II. Deutsche Literaturzeitung 1912 p. 2781 sqq.

Muenscher, Zu Sophokles Ichneutai Rh. M. 69, 1914 p. 170 sqq.

Pearson, Notes on Sophocles, Ichneutae, and Eurypylus, Classical Review XXVI, 1912 p. 209 sqq.

Reinach, Les Satyres Limiers, Revue Bleue 1912 p. 65 sqq., Un drame inédit de Sophocle, Revue de Paris 1912 p. 449 sqq. Idem recensuit Huntii editionem I, Revue des Etudes Grecques 1913 p. 98.

Robert, Aphoristische Bemerkungen zu Sophokles' Ἰχνευταί H. XLVII, 1912 p. 536 sqq. Die Spürhunde, ein Satyrspiel von Sophokles, ed. I. Berlin 1912; ed. II. Berlin 1913. Hanc interpretationem et Diehlii editionem recensuit Adolf Stamm W. kl. Ph. 1913, Nr. 46 p. 1253, Nr. 47 p. 1276.

Roemer, Miszelle B. Bayr. Gy. 49, 1913 p. 239.

Rossbach, Bemerkungen zu griechischen Papyri B. ph. W. 46, 1912 p. 1460.

Schenkl, Zu den Ἰχνευταί des Sophokles H. XLVIII, 1913 p. 153 sqq.

Stahl, Miszellen Rh. M. 68, 1913 p. 307 sqq.

Stearns, The recently discovered Ichneutai of Sophocles, Classical Journal VIII 6, Chicago 1912 p. 259—260.

Terzaghi, Sofocle, J Cercatori di Traccie, dramma satiresco, Firenze 1913.

Vollgraff, Ad Sophoclis Indagatores, Mnemosyne 1914 p. 81 sqq., p. 165 sqq.

Wecklein, Zu den Ἰχνευταί des Sophokles B. Bayr. Gy. 48, 1912 p. 437.

von Wilawomitz-Moellendorff, Die Spürhunde des Sophokles J. J. 1912 p. 453 sqq. Hanc commentationem recensuerunt Beyschlag B. Bayr. Gy. 49, 1913 p. 378 et Shorey, Classical Philology 1914 p. 98/99.

Hae commentationes mihi non praesto erant:

Cerini, Per un nuovo dramma satirico: il Ciclope di Euripide e gli Ichneutai di Sofocle, Rivista Teatrale Italiana, Firenze 1913.

Zielinski, Sophocle et Hérodote, Hermes, Messager scientifique et populaire de l'antiquité classique IX 1912.

Hymni Homerici versus ab Allenii editione Oxoniensi descripsi — Homeri Opera vol. V, Oxonii 1912 — nisi discrepantiam adnotavi. Nomen Allenius ad hanc pertinet editionem, Allen et Sikes ad superiorem sub titulo „The Homeric Hymns" London 1904 in lucem editam. Priores et editiones et commentationes invenies adnotatas in Gemollii editione Leipzig 1886 p. 101 et 181.

Index versuum

1. hymni Homerici.
v. 47 sqq. (Ind. col. XII 17 v. 306 sqq., XIV 23 v. 365) . . . p. 65
v. 61 (148, 249) . . . p. 42
v. 70/71 (437, 491/492, 498) . . . adn. 19 p. 12
v. 75 sqq. (219 sqq., 345, Ind. col. V 6 v. 111) . p. 45
v. 83–85 . . . adn. 87 p. 49
v. 95 (344 sqq.) . . . adn. 69 p. 34
v. 130 sqq. . . . p. 12
v. 195 sqq. (Ind. col. I 4) . . . p. 62—64
v. 209 sqq. . . . adn. 89 p. 51
v. 246 sqq. (Ind. col. XIV 11 v. 351 sqq.) . . (p. 40 sqq.) p. 44
v. 269 sqq. (158, 378, 384) . . . p. 17, p. 37
v. 317 . . . adn. 71 p. 37
v. 405 sqq. . . . app. II p. 96

2. Indagatorum fabulae.
col. I 4 (hymn. v. 195) . . . p. 61
col. IV 14, 17, 25 v. 94, 97, 107 . . . adn. 94 p. 54
col. V 1—5 v. 107 sqq. (V 24 v. 129, VII 19 v. 151, VIII 13 v. 197 sqq.) . . . p. 55 sqq.
col. V 6 v. 111 sqq. (hymn. v. 75) . . . p. 45
col. VII 10 v. 168 . . . p. 80 (app. II p. 98)
col. VII 24 v. 182 . . . adn. 102 p. 57, adn. 132 p. 81
col. VIII 1 v. 185 . . . adn. 102 p. 57
col. VIII 12 v. 196 . . . p. 84
col. X 7 v. 243 (col. XI 18 v. 281) . . . p. 88 sqq.
col. XI 2 v. 265 . . . adn. 4 p. 4
col. XI 6 v. 268 sqq. . . . adn. 12 p. 7, p. 75
col. XI 12/13 v. 275/276 . . . adn. 149 p. 89
col. XIV 12 v. 354 . . . adn. 81 p. 44

Index rerum.

De loco et ordine fabulae Sophocleae . . . . p. 4
De loco et ordine carminis epici . . . . p. 8
Cur Sophocles scaenam fabulae in Cyllenio posuerit antro p. 16
De Mercurii antro Pylio . . . . p. 18
De hymni Homerici origine et integritate . . . . . . p. 32
De Mercurii antro Cyllenio . . . . p. 39
De boum vestigiis . . . . p. 45
De Apollinis grege a Mercurio ablato . . . . p. 61
De lyrae inventione . . . . p. 64
De Indagatorum fragmento apud Pollucem servato . . . p. 68
De Sophoclis fabulae rebus scaenicis . . . . p. 77
De Indagatorum fabulae exitu . . . . p. 91
Appendices . . . . p. 93

Hunc libellum belli initio typis exprimendum curavi multisque hac de causa res erat obstructa difficultatibus; nonnulli libri tunc mihi non praesto erant. Corrigenda sunt haec:
p. 12, 37 l. Lipsiae 1896, p. 21, 26 Mezger
p. 70, 14 l. Koner, p. 81, 27 Rossbach.

Vita.

Nata sum Ludovica Koettgen a. d. XIV. Kal. Oct. anni MDCCCLXV in Guestfaliae oppido cui nomen est Schwelm patre Eduardo, quem mihi ademptum esse doleo, matre Selma de gente Eulenberg. Fidei addicta sum evangelicae. Discipula fui patriae urbis progymnasii per sex fere annos. Inde ab anno MDCCCXCVI usque ad MDCCCXCIX magistrarum seminarium Neuwiediense frequentavi examenque absolvi. Maturitatis testimonium mense Semptembri anni MCMVIII ad adipiscendum egregie me adiuvit Carolus Meurer †.

Studiis philologis et archaeologis postquam per duos annos operam dedi, autumno anni MCMX almam matrem Berolinensem petivi, cuius civis per semestre fui. Docuerunt me viri clarissimi Woelfflin, Riehl, de Wilamowitz-Moellendorff, Schulze, Diels; ad exercitationes epigraphicas Hirschfeld aditum mihi patefecit, ad philologas Thomas. Vere anni 1911 Bonnam redii, ubi usque adhuc studiis philologis et historicis me tradidi. Praeceptores mei Bonnenses fuerunt Loeschcke, Nissen †, Solmsen †, Erdmann, Brinkmann, Elter, Marx, Wiedemann, Schulte, Wilcken, Dietzel, de Salis. Insigni Brinkmanni, Elteri, Marxii beneficio in seminarium philologum Bonnense recepta sum, cuius per ter sex menses fui sodalis ordinaria. Ad seminarium eorum, quos Indogermanicarum necessitudines linguarum formasque docebat Solmsen me admisit; in seminarium historicum liberalissime me recepit Wilcken. Exercitationibus ut interessem archaeologis Loeschcke et de Salis, philologis Brinkmann, Elter, Marx, de Mess, Brandt, Litt, metricis Marx benigne concesserunt.

Quibus viris doctissimis gratiam habeo maximam, imprimis vero Friderico Marx, qui studia mea philologa consilio et opera semper fovit auxitque.